Hec dicit dñs deus Audite me qui sequimini quod iustū est: et queritis dñm. Attendite ad petrā vnde excisi estis: ꝫ ad cauernā laci/ de qua precisi estis Attendite ad abrahā patrē vestrū: et ad saram que peperit vos. Quia vnū vocaui eū et benedixi ei: et multiplicaui eum. Consolabitur ergo dñs syon: et cōsolabitur oēs ruinas eius. Et ponet desertum eius quasi delitias: et solitudinē ei⁹ quasi ortū dñi. Gaudiū et letitia inuenietur in ea: gratiarū actio et vox laudis. Attēdite ad me populus meus: ꝫ tribus mea me audite. Quia lex a me exiet: et iudicium meum in luce populorū requiescet. Prope est iustus me⁹: et egressus est saluator meus/ ꝫ brachia mea populos iudicabunt. Me insule expectabunt: ꝫ brachiū meū sustinebunt. Leuate oculos vestros in celū: ꝫ videte sub terra deorsum Quia celi sicut fumus liquescēt: ꝫ terra sicut vestimentū atterek/ et habitatores eius sicut hec interibūt. Salus aūt mea in sempiternū erit: et iustitia mea nō deficiet. Audite me qui scitis iustū: popul⁹ me⁹ lex mea/ in corde eorū. Nolite timere opprobriū hoim: ꝫ blasphemias eorū ne metuatis. Sicut enim vestimentū sic comedet eos vermis: et sicut lanā sic deuorabit eos tinea. Salus aūt mea: in generationes generationū. Sequētia sancti euangelij Secundū Matheum. iij.

In illo tpe. Uenit iohannes baptista predicās in deserto iudee: ꝫ dicēs. Penitētiā agite: appropiquabit em̄ regnū celorū. Hic est eñ de quo dictū est per esaiā prophetā: dicentē. Uox clamātis in deserto/ parate viā dñi: rectas facite semitas eius. Ipse enim iohannes habebat vestimentū de pilis camelorū: ꝫ zonā pelliceā circa lumbos suos. Esca autē eius erat locusta et mel siluestre. Tunc exibat ad eū hyerosolima et omnis iudea et omnis regio circa iordanē/ et baptizabantur ab eo in iordane: confitentes peccata sua. ¶ Si vero sexta feria non vacauerit/ predicta epistola ꝫ euangelium omnino pretermittātur: et hoc per totū aduentū: et a Dicens in ira. vsqꝫ ad quinquagesimā: et ab octaua pasche vsqꝫ ad primā dñicā ante ascensionē dñi obseruetur: a Deus omniū. vero vsqꝫ ad aduentum domini si quarta vel quita feria nō

non vacauerint: tunc in sexta feria legãtur epistola et euangelium de quarta feria si vacauerit: sin autẽ omnino pretermittantur. Nunꝙ enim legantur epistole et euangelia de quarta feria in secũda feria vel in tertia feria: neqꝫ ep̃la ⁊ euãgeliũ de sexta feria in quinta feria. Non enim debet seruitium anticipari secundum vsum Sar. ¶ Dominica secunda aduentus dñi: ad missam. Officium.



Populus syõ ecce dñs veniet ad saluandas gentes: et auditã faciet dñs gloriã vocis sue in leticia cordis vestri. Ps. Qui regis israel intende qui deducis velut ouẽ ioseph. Repetatur officium: scilicet Populus syon. Gloria patri. Populus syon. Oratio.

Excita dñe corda nostra ad preparãdas vnigeniti tui vias: vt per eius aduẽtũ purificatis tibi mẽtibus seruire mereamur. Qui tecũ viuit et reg. Lectõ ep̃le vti pauli apostoli. ad romanos. xv.

Fratres. Quecũqꝫ scripta sunt ad nostrã doctrinã scripta sunt. Ut per patientiã et cõsolationẽ scripturarũ spẽ habeamus. Deus aũt patientie et solatij det vobis idipsum sapere in alterutrũ secundũ iesum christũ: vt vnanimes vno ore honorificetis deũ ⁊ patrẽ dñi nostri iesu christi. Propter quod suscipite inuicem / sicut et christus suscepit vos in honorẽ dei. Dico eĩm xp̃m iesũ ministrũ fuisse circũcisiõis ꝓpter veritatẽ dei: ad cõfirmãdas ꝓmissiões patrũ. Gẽtes aũt super mia honorare deũ: sicut scriptũ est Propterea cõfitebor tibi in gẽtibus dñe: et nomini tuo cãtabo. Et iterũ dicit. Letamini gẽtes cũ plebe eius. Et iterũ Laudate oĩes gentes dñm: et magnificate eũ oĩes populi. Et rursum esaias ait. Erit radix iesse et q̃ exurget regere gentes: in eum gentes sperabunt. Deus autem spei repleat vos omni gaudio et pace in credẽdo: vt abũdetis in spe: ⁊ virtute sp̃ussãcti. Gr. Ex syõ species decoris eius deus noster manifeste veniet. V. Congregate illi sanctos eius: q̃ ordinauerũt testamẽtũ eius sup sacrificia. Alla. V. Uirtutes celi mouebũtur: ⁊ tũc videbũt filiũ hois veniẽtẽ i nubibus celi cũ potestate ⁊ maiestate magna. Seq̃ns.

Regnantem sempiterna per secla susceptura concio deuota concrepa. Diuino sono factori reddendo debita. Cui iubilant agmina celica eius vultu exhilerata. Quẽ expectant omnia terrea eius nutu examinanda. Districtum ad iudicia. Clementem in potẽtia. Tua nos salua christe clementia / ꝓpter quos passus es dira. Ad poli astra subleua nitida q̃ sorde tergis secla. Infuat salus vera effugans pericula. Omnia vt sint mũda tribue pacifica Ut hic tua salui misericordia. Leti regna post adeamus supera. Quo regnas secula per infinita. Sequentia sc̃i euãgelij secundũ Lucã. xxi.



In illo tẽpore. Dixit iesus discipulis suis Erũt signa in sole / ⁊ luna: ⁊ stellis ⁊ in terris pressura gẽtiũ pre cõfusiõe sonitus maris ⁊ fluctuum Arescẽtibus hoibus pre timore et expectatiõe: q̃ superuenient vniuerso orbi. Nã virtutes celorũ mouebunt: ⁊ tũc videbũt filiũ hois veniẽtẽ in nube: cũ potestate magna ⁊ maiestate His aũt fieri incipiẽtibus: respicite ⁊ leuate capita vestra / qm̃ appropinquabit redẽptio vestra. Et dixit illis similitudinẽ Uidete ficulneã: et oẽs arbores. Cũ producũt iam ex se fructũ: scitis quoniã prope est estas. Ita et vos cũ videritis hec fieri: scitote quoniã prope est regnũ dei. Amẽ dico vobis: q̃a nõ preteribit generatio hec donec oĩa fiãt. Celũ ⁊ terra trãsibunt: verba autem mea non transibunt. Offer. Deus tu conuertens viuificabis nos: ⁊ plebs tua letabitur in te: ostẽde nobis dñe misericordiam tuam ⁊ salutare tuum da nobis. V. Bñdixisti dñe terrã tuã auertisti captiuitatẽ iacob: remisisti iniq̃tatẽ plebis tue. V. Misericor

dia et veritas obuiauerūt sibi: veritas de terra orta est: et iusticia de celo prospexit. Secreta.

Placare quesumus dñe humilitatis nostre precib⁹ et hostijs: & vbi nulla suppetūt suffragia meritorū: tuis nobis succurre presidijs. Per dominū. Prefatio quotidiana. Cōio. Hierusalem surge et sta in excelso/ & vide iocunditatem que veniet tibi a deo tuo. Postcommunio.

Refectu cibo potuq3 spiritualis alimōie supplices te dñe deprecamur: vt huius participatione mysterij doceas nos eterna despicere / et amare celestia. Per. Feria quarta ebomade. ij. aduētus. Epla. Lectio zacharie pphete. viij.

Hec dicit dñs exercituū. Reuers⁹ sum ad syō / et habitabo in medio hierusalē: et vocabitur hierusalē ciuitas veritatis et mōs dñi exercituū mōs sanctificatus. Hec dicit dñs deus exercituū Adhuc habitabūt senes et anus in plateis hierusalē: et viri baculus in manu ei⁹ pre multitudine dierū. Et platee ciuitatis cōplebuntur infantibus: & puellis ludentibus in plateis eius. Hec dicit dñs exercituū. Si difficile videbitur in oculis reliquiarū populi huius in diebus illis: dicit dñs exercituū Nunq̄d in oculis meis difficile erit dicit dñs exercituum. Ecce ego saluabo populum meū de terra orientis/ et de terra occasus solis/ et adducā eos et habitabunt in medio hierusalē: et erūt mihi in populū/ et ego ero eis in deū in veritate et in iustitia. Dicit dñs omnipotens. Secundū mathe. xi.

In illo tpe. Dixit iesus turbis et discipulis suis. Amen dico vobis: inter natos mulierū non surrexit maior iohanne baptista. Qui autē minor est in regno celorū: maior est illo. A dieb⁹ autē iohannis baptiste vsq3 nūc regnū celorū vim patit: et violēti rapiūt illud. Omēs enī pphete et lex: vsq3 ad iohānē pphetauerūt Et si vultis recipe ipse est helyas q̄ vētur⁹ est. Qui habet aures audiēdi audiat. Fer. vj. epla. Lcō esaie pphe. lxij

Hec dicit dñs deus. Sup muros hierusalē constitui custodes: tota die et tota nocte imperpetuū nō tacebūt Qui reminiscimini dñi ne taceatis: & ne detis silentiū ei donec stabiliat/ et donec ponat hiersm laudē i terra Jurauit dñs in dextera sua: & in brachio fortitudinis sue. Si dedero triticū tuū vltra cibū inimicis tuis: et si biberint filij alienigene vinū tuū in quo laborasti. Quia q̄ cōgregabūt illud comedēt: et laudabunt dñm et qui cōportant illud bibēt in atrijs sanctis meis. Transite per portas / preparate viam populo / planum facite iter: et eligite lapides/ et eleuate signū ad populos. Ecce dñs auditū fecit: in extremis terre. Dicite filie syon: ecce saluator tuus venit. Et ecce merces eius cum eo: & opus illius corā illo. Et vocabūt eos populus sctūs: redēpti a dño. Tu autē vocaberis quesita ciuitas: et nō derelicta. Euangelium Secundum iohannem. j.

In illo tēpore. Johannes testimoniū perhibebat de dño: et clamabat dicēs. Hic est quē dixi q̄ post me venturus est: ante me factus est / quia prior me erat. Et de plenitudine ei⁹: nos omnes accepim⁹ gratiam pro gratia: quia lex per moysen data est / gratia et veritas per iesum christum facta est. Deū nemo vidit vnq̄. Unigenitus filius qui est in sinu patris: ipse enarrauit. Dñica iij. aduētus dñi. Ad missam. Officium.



Gaudete in dño semp iterū dico gaudete: modestia vestra nota sit omnibus hominib⁹: dominus prope est/ nihil solliciti sitis sed in omi oratiōe petitiōes vestre innotescāt apud deū. ℣. Et pax dei q̄ exuperat oēm sensū custodiat corda vrā & intelligētias vrās. Oro

Aurem tuam quesumus domine precibus nostris accommoda: & mentis nostre tenebras gratia tue visitationis illustra. Qui viuis & regnas cū deo patre in vni. j. Corinthiorum. iiij.

Fratres. Sic nos existimet homo vt ministros christi: & dispensatores ministeriorū dei. Hic iā querit inter

dispensatores vt fidelis q̄s inueniatur. Mihi aūt pro minimo est vt a vobis iudicer aut ab humano die: sed neq̄ meipsū iudico. Nihil eñ mihi conscius sum: sed nō in hoc iustificatus sum. Qui aūt iudicat me dñs est. Itaq̄ nolite ante tempꝰ iudicare: quoadusq̄ veniat dñs q̄ et illuminabit abscondita tenebrarū et manifestabit consilia cordiū. Et tunc laus erit vnicuiq̄ a deo. Gr. Qui sedes domine super cherubin excita potentiā tuam et veni. ℣. Qui regis israel intende qui deducis velut ouem ioseph. Alla. ℣. Excita domine potentiam tuam et veni vt saluos facias nos. Sequentia.

Qui regis sceptra forti dextra solus cuncta. Tu plebi tuā ostende magnā excitādo potentiā. Presta illi dona salutaria. Quē predixerunt prophetica vaticinia. A clara poli regia. In nostra iesu veni domine arua. ¶ Euangelium. Secundum Matheum. xi.



In illo tpe. Cū audisset iohānes in vinculis opera xp̄i: mittēs duos de discipulis suis / ait illi Tu es qui venturus es / an alium expectamꝰ? Et respōdēs iesus: ait illis. Eūtes renunciate iohanni: que audistis et vidistis. Ceci vident / claudi ambulant / leprosi mundantur. Surdi audiunt / mortui resurgunt pauperes euangelizātur. Et beatus est q̄ nō fuerit scādalizatus in me. Illis autem abeūtibus cepit iesus dicere ad turbas de iohanne. Quid existis in desertū videre? Arundinē vento agitatā? Sed quid existis videre? Hominē mollibus vestitū? Ecce qui mollibus vestiūtur: in domibus regū sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Etiam dico vobis: et plusq̄ prophetā. Hic est eñ de quo scriptū est. Ecce ego mitto angelū meū ante faciē tuā qui preparabit viā tuā ante te. Offr. Benedixisti dñe terrā tuā: auertisti captiuitatē iacob / remisisti iniquitatē plebis tue. ℣. Operuisti omnia peccata eor: mitigasti omnē iram tuam. ℣. Ostēde nobis dñe misericordiā tuā: et salutare tuum da nobis. Secreta.

Deuotionis nostre tibi dñe quesumus hostia iugiter immoletur / que et sacri peragat instituta mysterii: et salutare tuū nobis mirabiliter operetur Per. Prefatio quotidiana. Cōio. Dicite pusillanimes confortamini et nolite timere / ecce deꝰ noster veniet et saluabit nos. Postcō.

Imploramus dñe clementiā tuā: vt hec diuina subsidia a viciis expiatos / ad festa ventura nos preparent. Per dñm. ¶ Feria quarta quatuor tēporum. Ad missam. Officium.

Rorate celi desup / et nubes pluant iustū: aperiatur terra: et germinet saluatorē. Ps. Et iusticia oriac̄ simul: ego dñs creaui eū. Sequat̄ oꝛo sine. Dñs vobis. sed tm̄ cū Oremꝰ. Oro.

Presta quesumus omnipotēs deus: vt redemptionis nostre ventura solennitas: et presentis nobis vite subsidia conferat: et eterne beatitudinis premia largiatur. Per eundē dñm nr̄m iesum christū filium tuū. Qui tecū viuit et regnat. Lectio Esaie prophete. ij.

In diebus illis. Dixit esaias propheta. Erit in nouissimis diebus preparatus mōs domus domini in vertice montium: et eleuabitur super colles Et fluent ad eum omnes gentes: et ibūt populi multi et dicent. Venite ascendamus ad mōtē domini: et ad domū dei iacob. Et docebit nos vias suas: et ambulabimus in semitis eiꝰ: quia de syon exibit lex / et verbū domini de hierusalē. Et iudicabit gentes: et arguet populos multos. Et cōflabunt gladios suos in vomeres / et lanceas suas in falces. Non leuabit gens contra gentem gladiū: nec exercebuntur vltra ad prelium. Domus iacob venite et ambulemus: in lumine domini dei nostri. Gr. Tollite portas principis vestras et eleuamini porte eternales / et introibit rex glorie. ℣. Quis ascendit in mōtē do

mini: aut quis stabit in loco sctō eius: innocēs manibus et mundo corde. Hic nō repetatur grada. sed statim sequatur. Dominus vobiscum. et Oremus. Oratio.

FEstina q̄s dn̄e ne tardaueris ⁊ auxiliū nobis superne virtutis impende: vt aduētus tui cōsolationib⁹ subleuētur: q̄ in tua pietate confidunt. Qui viuis et reg. ⁊c. Hic dicuntur memorie consuete. Lectio esaie prophete. vij.

IN diebus illis. Locutus est domīnus ad acham: dicēs. Pete tibi signū a dn̄o deo tuo in profundū inferni: siue in excelsum supra. Et dixit achas Nō petā: et nō tentabo dn̄m. Et dixit. Audite ergo domus dauid Nūquid parū vobis est molestos esse hominib⁹: q̄a molesti estis et deo meo. Propter hoc dabit dn̄s ipse vobis signū. Ecce virgo cōcipiet ⁊ pariet filiū: et vocabitur nomē eius emanuel. Butyrū et mel comedet: vt sciat reprobare malū: et eligere bonū. Gr.

Prope est dn̄s om̄ibus inuocātibus eū: omnibus q̄ inuocāt eum in veritate. ℣. Laudem dn̄i loquetur os meū: et bn̄dicat ois caro nomē sanctū eius. Repetatur gradale. Sequentia sancti euangelij secundum Lucam. j.

IN illo tpe. Missus est angelus gabriel a deo i ciuitatē galilee / cui nomen nazareth / ad virginē desponsatā viro cui nomē erat ioseph de domo dauid: et nomen virginis maria. Et ingressus angelus ad eā dixit. Aue gr̄a plena dn̄s tecū: bn̄dicta tu in mulieribus Que cum audisset turbata est in sermone ei⁹: et cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria: inuenisti eīn gratiā apud deum Ecce concipies in vtero et paries filiū: et vocabis nomen eius iesum. Hic erit magnus: et filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dn̄s deus sedē dauid patris ei⁹: et regnabit in domo iacob ineternū / et regni eius nō erit finis. Dixit aūt maria ad angelū. Quomodo fiet istud q̄m virū nō cognosco. Et respondens angelus dixit ei. Spiritussanctus superueniet in te: ⁊ virt⁹ altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; ⁊ qd̄ nascet ex te sanctū: vocabitur filius dei. Et ecce elizabeth cognata tua: et ipsa cōcepit filium in senectute sua. Et hic mēsis est sextus illi que vocatur sterilis: q̄a non erit impossibile apud deū omne verbū Dixit aūt maria. Ecce ancilla dn̄i. Fiat mihi secundū verbū tuū. Offr. Aue maria gratia plena dominus tecū: bn̄dicta tu in mulieribus et benedictus fructus vētris tui. ℣. Ideo ⁊ et quod nascetur ex te sanctū: vocabitur filius dei. et dicitur cū suo versu. Secreta.

SAlutari ieiunio competētes dn̄e hostias immolam⁹: presta vt ad natiuitatē panis eterni his officijs prepa remur. Per eundē. Prefatio quotidiana. Cōio. Ecce virgo concipiet et pariet filiū et vocabitur nomē ei⁹ emanuel. Postcōio.

SAlutaris tui dn̄e munere satiati supplices deprecamur / vt cuius letamur gustu: renouemur effectu. Per

¶ Feria. vj. quatuor tēporū. Officium.

PRope esto domine: et om̄es vie tue veritas: initio cognoui de testimonijs tuis / quia ineternum tu es. ps. Beati immaculati in via: q̄ ambulant in lege domini. Oratio.

EXcita q̄s dn̄e potentiam tuā et veni: vt hi qui in tua pietate cōfidūt: ab omni citius aduersitate liberentur. Qui viuis et regnas cū deo patre in vnitate ⁊c. Lectio Esaie prophete. xj.

HEc dicit dn̄s deus. Egredieт virga de radice iesse: ⁊ flos de radice ei⁹ ascēdet. Et requiescet sup eū sp̄us dn̄i: sp̄us sapientie et intellectus / sp̄us cōsilij et fortitudinis / sp̄us sciētie et pietatis: ⁊ replebit eū sp̄us timoris dn̄i. Non secundū visionē oculorū iudicabit: neq; secundum auditū auriū arguet / sed iudicabit in iustitia pauperes / et arguet in equitate pro mansuetis terre. Et percutiet terram virga oris sui: ⁊ sp̄ū labiorū suorū interficiet impiū Et erit iustitia cingulum lumborū eius: et fides cinctoriū renum eius. Gr. Ostende nobis dn̄e m̄iam tuā: ⁊ salutare tuum da nobis. ℣. Benedixisti domine terram tuam: auertisti captiuitatem iacob.

Repetatur grad. Secundū Lucam. i.
IN illo tpe. Exurgens maria abijt
in montana cū festinatiōe in ciui-
tatē iuda: et intrauit in domū zacharie
et salutauit elizabeth. Et factū est vt au-
diuit salutationē marie elizabeth exulta
uit infans in vtero eiꝰ. Et repleta est spi
ritu sancto elizabeth: ⁊ exclamauit voce
magna et dixit. Bñdicta tu inter mulie-
res: et bñdictus fructus ventris tui. Et
vnde hoc mihi vt veniat mater dñi mei
ad me. Ecce enim vt facta est vox saluta
tionis tue in auribus meis: exultauit in
gaudio infans in vtero meo. Et beata q̄
credidisti: quoniā perficiētur ea q̄ dicta
sunt tibi a dño. Et ait maria. Magnifi-
cat aīa mea dñm. Et exultauit spiritus
meus in deo salutari meo. Offr̄. Deus
tu conuersus viuificabis nos et plebs tua leta
bit̄ in te: ostēde nobis dñe miam tuā ⁊ salutare
tuū da nobis. ℣. Bñdixisti dñe terrā tuā: auer
tisti captiuitatē iacob: remisisti iniq̄tatē plebis
tue. ℣. Mia ⁊ veritas obuiauerūt sibi: veritas
de terra oꝛta est: ⁊ iustitia de celo ꝓspexit. Secr̄.
SAcrificijs q̄s domine salutaribus
his diebus aptemur ꝓpensius
quibus illud est mysteriū celebꝛandum:
cui seruit oīs executio mandatoꝛum.
Per dñm. Pꝛefatio quotidiana. Cōio.
Ecce dominus veniet et oēs sancti eius cū
eo: et erit in die illa lux magna. Postcōio.
PErfice quesumꝰ dñe miam tuam
populo supplicanti: quē tuoꝛū re-
fectū largitate donoꝛū: ⁊ instātibus gra
tiā postulare maioꝛem: ⁊ fiducialius spe
rare concedas. Per dñm. ¶ Sabbato
quatuoꝛ tempoꝛū. Ad missam. Officiū.
VEni et ostēde nobis faciem
tuā dñe: q̄ sedes super che-
rubin et salui erimus. ps.
Qui regis israel intēde: qui de
ducis velut ouē ioseph. Oēs
orōnes sine Dñs vobiscū. dicunt̄ pter vl
timā q̄ est āte ep̄las sed tn̄ cū Oꝛemꝰ. Et
oēs lectiōes cū suis titulis legāt̄. Oꝛemꝰ
DEus qui cōspicis quia ex nr̄a pꝛa
uitate affligimur concede ꝓpi
tius: vt ex tua visitatiōe ꝯsolemur. Qui
viuis et regnas cū deo patre in vnitate
eiusdē. Lectio esaie pꝛophete. xix.
IN diebus illis. Clamabunt ad do
minū a facie tribulantis: et mittet
eis saluatoꝛē et ꝓpugnatoꝛē qui liberet
eos. Et cognoscetur dñs ab egypto: ⁊ co
gnoscēt egyptij dñm in die illa / et colent
eū in hostijs et muneribus / et vota voue
bunt dño et soluēt. Et percutiet dñs egy
ptū plaga: et sanabit eā. Et reuertentur
ad dñm et placabitur eis: et sanabit eos
dñs deus noster. Gr̄. A summo celo egres
sio eius: et occursus eius vsq̄ ad summū eiꝰ. ℣.
Celi enarrant gloriā dei: et opera manuū eius
annunciat firmamentū. Nō repetatur gra
dale: sed dicat̄ statim Oꝛemus Oꝛatio.
COncede quesumus omnipotens
deꝰ / vt qui sub pcti iugo ex vetu-
sta seruitute depꝛimimur expectata vni
geniti filij tui noua natiuitate liberemur
Qui te. Lectio esaie pꝛophete. xxxv.
HEc dicit dñs Letabit̄ deserta ⁊ in
uia / et exultabit solitudo et floꝛe-
bit quasi liliū. Germinās germinabit: et
exultabit letabūda / et laudās. Gloꝛia li-
bani data est ei: decoꝛ carmeli ⁊ sarō Ip
si videbūt gloꝛiā dñi: et decoꝛē dei nostri
Confoꝛtate manus dissolutas: et genua
debilia roboꝛate Dicite pusillanimes: cō
foꝛtamini ⁊ nolite timere. Ecce deus no
ster vltionē adducet retributiōis: deus
ipse veniet et saluabit nos. Tūc aperien
tur oculi cecoꝛū: et aures surdoꝛū pate-
būt. Tunc saliet sicut ceruus claudus: ⁊
aperta erit lingua mutoꝝ. Qꝛ scisse sunt
in deserto aque: ⁊ toꝛrētes in solitudine
Et q̄ erat arida in stagnū: et sitiēs in fon
tes aquarū. Ait dñs oīps. Gr̄. In sole po
suit tabernaculū suū: et ipse tanq̄ spōsus proce-
dēs de thalamo suo. ℣. A summo celo egressio
eiꝰ: ⁊ occursus eiꝰ vsq̄ ad summū eiꝰ. Oꝛatio.
INdignos nos q̄s dñe famulos tu
os quos actiōis ꝓpꝛie culpa cōtri
stat: vnigeniti filij tui aduentu letifica.
Qui te. Lectio esaie pꝛophete. xl.
HEc dicit dñs. Super montē excel
sum ascēde tu q̄ euangelizas syon
exalta in foꝛtitudine vocem tuā qui euā

gelizas hierusalem. Exalta / noli timere: dic ciuitatibus iude. Ecce deus noster. Ecce dominus deus in fortitudine veniet: et brachium eius dominabitur. Ecce merces eius cum eo: et opus illius coram illo. Sicut pastor gregem suum pascet: in brachio suo cõgregabit agnos et in sinu suo leuabit eos: domin⁹ deus noster. Gr. Domine deus virtutũ conuerte nos: & ostende faciẽ tuã et salui erim⁹. ℣. Excita dñe potentiam tuam et veni: vt saluos facias nos. Sequatur. Oremus. Oratio.

Presta quesumus omnipotẽs deus: vt filij tui ventura solennitas et presentis nobis vite remedia cõferat et premia eterna concedat. Per eundẽ.

Lectio esaye prophete. xlv.

Hec dicit dñs. Christo meo cyro cuius apprehẽdi dexterã vt subijciã ante faciẽ eius gentes et dorsa regũ vertã. Et aperiã corã eo ianuas: & porte nõ claudenẽ. Ego ante te ibo: et gĩosos terre humiliabo. Portas ereas conterã: et vectes ferreos cõfringã. Et dabo tibi thesauros abscõditos / et archana secretorũ reuelabo vt scias quia ego dñs qui voco nomen tuũ deus israel propter seruum meum iacob: et israel electum meũ. Et vocaui te nomie tuo assimulaui te: et nõ cognouisti me. Ego dominus et non est amplius: extra me non est deus. Accinxi te et nõ cognouisti me: vt sciãt hi qui ab ortu solis: & qui ab occidẽte qm̃ absqȝ me nõ est de⁹. Ego dñs / et non est alter. Formãs lucẽ / & creãs tñbras: faciẽs pacẽ / et creãs malũ. Ego dñs: faciẽs oia hec. Rorate celi desup: & nubes pluãt iustũ. Aperiatur terra / & germinet saluatorẽ: & iustitia oriatur simul. Ego dñs: creaui eũ. Gr. Excita dñe potentiã tuã & veni: vt saluos facias nos. ℣. Qui regis isrl' intẽde: qui deducis velut ouẽ ioseph: qui sedes sup cherubin appare coram effraim / beniamin / et manasse. Sequitur. Oremus. Oratio.

Preces populi tui quesumus dñe clemẽter exaudi: vt qui iuste pro peccatis nr̃is affligimur: pietatis tue visitatiõe cõsolemur. Qui viuis & regnas cũ deo pa. Lectõ danielis prophete. iij.

Angelus dñi descendit cũ azaria et socijs ei⁹ in fornacẽ / & excussit flammã ignis de fornace: et fecit mediũ fornacis quasi ventũ roris flantẽ. Flamma aũt diffusa est super fornacẽ cubitis quadraginta nouẽ: & incendit quos reperit iuxta fornacẽ de caldeis ministros regis / qui eã incendebãt. Illos autẽ omnino nõ tetigit ignis / neqȝ contristauit: nec quicq̃ molestie intulit. Tunc hi tres quasi ex vno ore laudabãt & glorificabãt et benedicebãt deũ in fornace / dicentes. Duo cleẽ. de scõa forma in superpellicijs ad gradũ chori cantent tractũ sequentẽ.

Benedictus es dñe deus patrũ nr̃or. ℣. Et laudabilis & gloriosus in scl'a. Chorus idẽ repetat. Clerici ℣. Et benedictum nomen glie tue qd est sanctũ. Chorus dicat. Et laudabile et gloriosum in scl'a. Clerici ℣. Benedictus es in tẽplo scõ glie tue. Chorus Et laudabilis et gloriosus in scl'a. Clerici ℣. Bñdictus es sup thronũ scm̃ regni tui. Cho. Et laudabilis & gloriosus in secula. Clerici ℣. Benedictus es super sceptrũ regni diuinitatis tue. Chor⁹. Et laudabilis et gloriosus in scl'a Clerici ℣. Bñdict⁹ es qui sedes sup cherubin intuẽs abyssos. Chorus. Et laudabilis & gloriosus in scl'a. Clerici ℣. Bñdictus es qui ambulas sup pennas ventor. Cho. Et laudabilis et gĩosus in scl'a. Cleẽ. ℣. Bñdicãt te oẽs angeli et scti tui. Cho. Et laudẽt te et glorificent in scl'a. Cleẽ. ℣. Bñdicãt te celi / terra / mare / & oia que in eis sunt. Cho. Et laudẽt te et glorificẽt in scl'a. Cleẽ. ℣. Glia pr̃i et filio: et spiritu scõ. Cho. Et laus / et honor / potestas / et imperiũ. Cleẽ. ℣. Sicut erat in principio et nũc et semp: et in scl'a sclor. amen. Cho. Et laus / & honor / potestas et imperiũ. Deinde clerici reincipiãt primũ versum tractus: et percãtetur a choro. Et postea dicat sacerdos. Dominus vobiscũ. et Orem⁹. Oratio.

Deus qui tribus pueris mitigasti flammas ignũ: concede propitius / vt nos famulos tuos non exurat flãma viciorũ. Per dñm. Hic dicuntur memorie consuete. ¶ Lectio epistole beati pauli apostoli / ad thessalonicẽses. ij. ca.

Fratres Rogamus vos per aduētū dñi nostri iesu christi et nostre cōgregatiōis in ipsum vt nō cito moueamini a vr̄o sensu / neqꝫ terreamini : neqꝫ per spūm neqꝫ per sermonē / neqꝫ per epistolā tanq̄ p nos missam quasi instet dies dñi. Ne quis vos seducat vllo modo. Qm̄ nisi venerit discessio primū / et reuelatus fuerit homo peti filius perditiōis: qui aduersatur ꝛ extollitur super omne qđ dicitur deus / aut qđ colitur: ita vt in tēplo dei sedeat / ostendēs se tanq̄ sit deꝰ Non retinetis quoniā cum adhuc essem apud vos / hec dicebā vobis. Et nunc qđ detineat scitis: vt reueletur in suo tēpore. Nā mysteriū iam operatur iniquitatis : tantū vt qui tenet nūc teneat / donec de medio fiat. Et tunc reuelatur ille iniquus quē dñs iesus interficiet spū oris sui: et destruet illustratiōe aduētus sui. ¶ Duo clerici de scđa forma in cappis nigris: hoc est i habitu quotiđ. ad grad. chori simul dicāt totū et integrū istū tractū.

Qui regis israel intēde: qui deducis velut ouē ioseph. ℣. Qui sedes super cherubin: appare corā effraim beniamin ꝛ manasse ℣. Excita dñe potentiam tuam et veni: vt saluos facias nos. Secundum Lucam. iij.

Anno quintodecimo imperij tiberij cesaris: procurāte pontio pylato iudeā / tetrarcha aūt galilee herode philippo autē fratre eius tetrarcha ituree et trachonitidis regionis / et lisania abiline tetrarcha sub principibꝰ sacerdotū anna et caypha: factū est verbū dñi super iohannē zacharie filiū in deserto. Et venit in omnē regionē iordanis p̄dicās baptismū penitentie in remissionē peccatorū : sicut scriptū est in libro sermonum esaie prophete. Vox clamātis in deserto parate viā dñi / rectas facite semitas eiꝰ Omīs vallis implebitur : et omīs mons et collis humiliabitur. Et erūt praua in directa: ꝛ aspera in vias planas Et videbit omīs caro: salutare dei. Offr̄. Exulta satis filia syon predica filia hierusalē: ecce rex tuꝰ venit tibi sctūs ꝛ saluator. ℣. Loquetꝰ pacē gētibꝰ ꝛ potestas eiꝰ a mari vsqꝫ ad mare ꝛ a fluuine vsqꝫ ad terminos orbis terre. Secreta.

Super has hostias fidelium dñe quesumꝰ propitio vultu respice: et quia nostris meritis nō valemus: his potius muneribus tuo occursui commēdemur. Qui viuis. Prefa. quotiđ. Cōio Exultauit vt gygas ad currendā viā: a summo celo egressio eius : et occursus eius vsqꝫ ad summum eius. Postcommunio.

Quesumus dñe deus noster : vt sacrosancta mysteria que pro reparationis nostre munimine contulisti : et presens nobis remediū esse facias et futurum. Per. ¶ In quacunqꝫ feria dies natiuitatis dñi contigerit / semp ieiunia quatuor tempor in tertia ebdomada aduentus domini celebrentur.

¶ Dñica. iiij. aduentus dñi. Officium.



Memento nostri domine in bñplacito populi tui: visita nos i salutari tuo ad videndum in bonitate electorum tuorum in letitia gentis tue: vt lauderis cū hereditate tua. ps. Peccauimus cum patribus nostris: iniuste egimus iniquitatem fecimus. Kyrieeleyson. Oratio.

Excita quesumus dñe potentiā tuam et veni: et magna nobis virtute succurre: vt per auxiliū gratie tue qđ nostra peccata prepediunt: indulgentia tue propitiationis acceleret. Qui viuis ¶ Lcō epl'e bti pauli apl'i ad philippen. iiij.

Fratres. Gaudete in domino semper: iterum dico gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus Dominus prope est. Nihil solliciti sitis: sed in omni oratione et obsecratione cū gratiarum actione: petitiones vestre innotescant apud deū. Et pax dei: que exuperat omnē sensum: custodiat corda vestra / et intelligētias vestras. In christo iesu domino nostro. Gr. Prope est dominus omnibus inuocantibus eum: omnibus qui inuocant eū in veritate. ℣. Laudem dñi loquetur os meū: et bñdicat oīs caro nomen sanctū eius. Alla. ℣. Veni domine et noli tardare: relaxa facinora plebis tue. Sequentia.

Iubilemus omnes vna. Deo nostro: qui creauit oia. Per quē cuncta condita sunt secula. Celoqʒ plurima luce chorusca ꝛ diuersa sunt sydera Sol mūdi scema: noctiū dec⁹ luna/ ceteraqʒ splendētia. Mare solū alta plana: ac profunda flumia. Aeris ampla spacia/ que discurrūt aues venti atqʒ pluuia. Hec simul cuncta: tibi deo soli patri militant. Nūc et in euū sine fine per secla: laus eorū tua gl'ia. Qui pro salute nr̄a prolem vnicā. Pati in terram misisti sine culpa: sed ob nr̄a delicta Te trinitas precamur vt corpora nr̄a et corda. Regas et protegas: et dones pctōꝝ veniā. Scd'm iohā. j.



In illo tpe. Miserūt iudei ab hierosolymis sacerdotes ꝛ leuitas ad iohannē: vt interrogarēt eū. Tu q̄s es. Et confessus est ꝛ nō negauit. Et cōfessus est: quia nō sum ego christus Et interrogauerūt eū. Quid ergo. Helyas es tu. Et dixit non sum. Propheta es tu. Et rn̄dit. Non. Dixerūt ergo ei. Quis es/ vt respōsum dem⁹ his qui miserunt nos. Quid dicis de teipso. Ait. Ego vox clamantis in deserto: dirigite viā dn̄i sicut dicit esayas ppheta. Et qui missi fuerāt: erāt ex phariseis. Et interrogauerūt eū: et dixerūt ei. Quid ergo baptizas/ si tu nō es christ⁹/ neqʒ helyas neqʒ ppheta. Rn̄dit eis iohannes: dicēs Ego baptizo in aqua: medi⁹ aūt vr̄m stetit quē vos nescitis. Ipse est qui post me ventur⁹ est: qui ante me fact⁹ est: cuius ego nō sum dign⁹ vt soluā eius corrigiā calciamenti. Hec in bethania facta sunt trās iordanē vbi erat iohānes baptizās Offr̄. Confortamini et nolite timere: ecce enim deus noster retribuet iudicium: ipse veniet et saluos nos faciet. V. Tūc aperient' ocl'i cecorū: ꝛ aures surdoꝝ audiēt: tūc saliet claudus quasi ceru⁹: ꝛ clara erit lingua mutorū. Secr.

Sacrificiis presentib⁹ q̄s dn̄e placat⁹ intende: quib⁹ ad filij tui natiuitatē suscipiēdā purificemur. Per e. Pref. quot. Cō. Ecce virgo cōcipiet et pariet filiū: ꝛ vocabit' nomē ei⁹ emanuel. Postc.

Populū tuū q̄s dn̄e donorū tuorū largitate psequere vt a malis oibus sacramētorū tuoꝝ virtute protect⁹: ad ineffabile mysteriū celebrādū: et mente prepare' ꝛ corpore. Per. ¶ Feria. iiij Lectio iohelis prophete. ij. et. iij.

Hec dicit dn̄s de⁹ Exultate filie syon: et letamini in dn̄o deo vr̄o qui dedit vobis doctorē iustitie ꝛ descēdere faciet ad vos imbrē matutinū ꝛ serotinū sicut i principio. Et iplebunt' aree frumēto et redūdabūt torcularia vino ꝛ oleo. Et scietꝭ q̄a ego dn̄s de⁹ vr̄ habitās i syon in mōte scō meo: et erit hirl'm scā: et alieni nō trāsibūt per eā ampli⁹. Et erit i die illa: stillabūt mōtes dulcedinē: ꝛ colles fluent lacte: ꝛ p oēs riuos iuda ibūt aque: ꝛ fons de domo dn̄i egredie': et irrigabit torrētē spinaꝝ. Egypt⁹ in desolationē erit: ꝛ idumea in desertū pditiōis: p eo ꝙ inique egerīt i filios iude: et effuderīt sanguinē innocētē in terra sua. Et iudea in eternū habitabi': ꝛ hirl'm in generatiōe et gn̄eratiōnē. Et mūdabo sanguinē eorū quē nō mūdauerā: et dn̄s cōmorabi' in syon. A scdo ꝛ vsqʒ in sel'z. Scd'm lu. vij

In illo tpe. Exijt sermo i vniuersā iudeā de iesu: et oēs circa regionē Et nūciauerūt iohāni discipuli ei⁹ de oib⁹ his Et cōuocauit duos de discipulis suis iohānes: ꝛ misit ad iesū dicēs Tu es qui ventur⁹ es: an aliū expectam⁹. Cū aūt venissēt ad eū viri: dixerūt Iohānes baptista misit nos ad te dicēs. Tu es q̄ ventur⁹ es an aliū expectam⁹ In ipsa aūt hora curauit mltos a lāguorib⁹ suis ꝛ plagis ꝛ spiritib⁹ malis ꝛ cecis mltis donauit visū. Et rn̄dēs dixit illis. Eūtes renūciate iohāni q̄ vidistis et audistis. Qr ceci vidēt claudi ābulāt: leprosi mūdant' Surdi audiūt mortui resurgūt paupes euāgelizātur. Et btūs est q̄ nō fuerit scādalizat⁹ in me. Et cū discessissent nūcij iohānis cepit

dicere de iohãne ad turbas. Quid existis in desertũ videre. Arundinẽ vẽto agitatã. Sed qd existis videre. Hoiem molli b⁹ vestimẽtis indutũ. Ecce q in veste preciosa sũt ꝛ in delicijs: i domib⁹ regũ sunt Sed qd exist videre. Prophetã. Utiq dico vobis: ꝛ plusq ꝓphetã. Hic est de quo scriptũ est. Ecce ego mitto angelum meũ ãte faciẽ tuã: q ꝑparabit viã tuã ãte te. Dico eni vobis: maior iter natos mulierũ/propheta iohãne baptista nemo est Qui autẽ minor est in regno celorũ: maior est illo. ¶ Fer. vi. Lcõ zacha. ꝓphe. ij

Hec dicit dñs. Lauda ꝛ letare filia syon: quia ecce ego venio et habitabo in medio tui ait dñs. Et applicabuntur gentes multe ad dñm in die illa: ꝛ erũt mihi in populũ. Et habitabo i medio tui: et scies quia dñs exercituũ misit me ad te: et possidebit dñs iudã partẽ suã in terra sanctificata: et eliget adhuc hirlm Sileat omnis caro a facie eius: quia cõsurrexit de habitaculo sancto suo. Dicit dñs omnipotẽs. Scdm marcum. viij.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Uidete et cauete a fermento phariseorũ et fermento herodis: et cogitabãt ad alterutrũ dicẽtes: qa panes nõ habemus. Quo agnito: ait illis iesus. Quid cogitatis quia panes nõ habetis. Nondũ cognoscitis nec intelligitis. Adhuc cecatũ habetis cor vrm. Oculos habentes nõ videtis: ꝛ aures habẽtes non auditis. Nec recordamini qñ quinq panes fregi in quinq milia ꝛ quot cophinos fragmentor plenos sustulistis. Dicũt ei Duodecim. Qñ et septẽ panes in quatuor milia hoim: quot sportas fragmẽtor tulistis. Et dicunt ei. Septẽ. Et dicebat eis. Quõ nondũ intelligitis. Et veniũt bethsaidã: et adducũt ei cecũ: ꝛ rogabãt eũ vt illũ tãgeret. Et apprehẽsa manu ceci/eduxit eũ extra vicũ: ꝛ expuẽs in oculos eius: impositis manib⁹ suis interrogauit eum si qd videret. Et aspiciẽs ait. Uideo hoies velut arbores ambulãtes. Deinde iterũ imposuit manus sup oculos eius: et cepit videre. Et restitut⁹ est ita vt clare videret omnia: et misit illũ in domũ suam dicens. Uade in domũ tuam: et si in vicũ introieris: nemini dixeris. ¶ In vigilia natiuitatis dñi. Offm

Hodie scietis quia veniet dominus ꝛ saluabit vos et mane videbitis gloriam eius. ps. Domini est terra ꝛ plenitudo eius: orbis terrarum et vniuersi qui habitant in eo. Si hec vigil. in dñica euenerit dr cãtus sup Kyrie. Sctũs. et Agn⁹. sicut i fes. simp. ix. lec. si aũt dr cãt⁹ fer. or

Deus qui nos redemptionis nre annua expectatiõe letificas: presta vt vnigenitũ tuũ quẽ redemptorẽ leti suscepimus: venientẽ quoq iudicẽ securi videam⁹ dñm nostrũ iesum christũ filiũ tuũ Qui te. Nulla fiet mẽo. Un⁹ puer accolit⁹ legat lectõnem alba indut⁹ ad gradũ cho. tũ si do. fuer. legat in pulpito ꝛ semp cũ suo titulo Lcõ esaye ꝓphe. lxij

Hec dicit dñs de⁹. Propter syon nõ tacebo et ꝓpter hirlm nõ quiescã: donec egrediat vt splẽdor iust⁹ ei⁹: ꝛ saluator ei⁹ vt lampas accendat. Et videbũt gentes iustũ tuũ: et cũcti reges inclytum tuũ. Et vocabitur tibi nomẽ nouũ: qd os dñi noiauit. Et eris corona gl'ie in manu dñi: et dyadema regni i manu dei tui. Nõ vocaberis vltra derelicta: ꝛ terra tua nõ vocabit ampli⁹ desolata. Sed vocaberis volũtas mea i ea: et terra tua inhabitabitur: quia cõplacuit dño in te. Deinde absq interuallo legat epistola. Lcõ epl'e bti pauli apli ad romanos. i.

Fratres Paulus seru⁹ iesu christi vocat⁹ apl's segregat⁹ in euãgeliũ dei qd ante promiserat per ꝓphetas suos in scripturis sanctis de filio suo qui factus est ei ex semine dauid secundum carnem: qui predestinatus est filius dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorũ iesu christi domini nostri: per quem accepimus gratiam et apostolatum ad obediendum fidei in omnibus gẽtibus pro nomine eius. In quibus estis et vos vo

cati: iesu christi dñi nři. Ep. Hodie scietis quia veniet dñs et saluabit nos: & mane videbitis gloriã eius. V. Qui regis israel intende: qui deducis velut ouẽ ioseph: qui sedes sup cherubin appare corã effraim/beniamin/ et manasse. Si hec vigil. in do. euene. mis. de do. in caplo dr et tũc fiat mẽo. de sctã ma. et de oib9 sctis tm̃. Mis. vero de vigil. ad autẽticũ alta. sine aliqua mẽo. cũ hoc Alla. V. Crastina die delebit iniquitas terre: & regnabit sup nos saluato: mũdi. Sequẽ. Jubilemus. Si vo do. nõ fuer: tũc Alla. et Sequẽtia pretermittant. Scdz matheũ j.

In illo tpe. Cũ esset despõsata mater iesu maria ioseph: anteq̃ conuenirent: inuenta est in vtero habẽs de spiritu sancto. Joseph autẽ vir eius cũ esset iustus: & nollet eã traducere voluit occulte dimittere eam. Hec autẽ eo cogitante: ecce angelus dñi in somnis apparuit ei dicẽs. Joseph fili dauid noli timere accipere mariã cõiugẽ tuã. Quod eni in ea natum est de spiritu sancto est. Pariet autẽ filium: et vocabis nomen eius iesum. Ipse enim saluũ faciet populũ suum a peccatis eorũ. Offr. Tollite portas principes vestras & eleuamini porte eternales. V. Dñi est terra et plenitudo eius: orbis terrarum et vniuersi qui habitant in eo. Iste V. si do. fuerit eo anno pretermittat. Secre.

Da nobis quesumus omĩpotẽs deus: vt sicut ad adorandã filij tui natalitia preuenim9: sic ei9 mũera capiam9 sempiterna gaudentes. Per eundẽ. Prefa. quot. Cõ. Reuelabit glã dñi: et videbit ois caro salutare dei nostri. Postcõio.

Da nobis quesumus dñe vnigeniti filij tui recensita natiuitate respirare: cuius celesti mysterio pascimur et potamur. Per eundẽ. In noc. nat. dñi post. ix. lc. cãtet hoc euãgel. i pulpit. a dya. Initiũ scti euãgelij scdz matheũ j.

Liber generationis iesu christi filij dauid: filij abraham. Abrahã autẽ genuit ysaac. Isaac autẽ genuit iacob. Jacob aũt genuit iudã & fratres ei9. Judas aũt genuit phares et zarã de thamar. Phares aũt genuit esrom. Esrom aũt genuit aram. Aram aũt genuit aminadab. Aminadab autẽ genuit naason. Naason aũt genuit salmõ. Salmon aũt genuit booz de raab. Booz autẽ genuit obeth ex ruth. Obeth autẽ genuit iesse. Jesse aũt genuit dauid regẽ. Dauid aũt rex genuit salomonẽ: ex ea que fuit vrie. Salomõ aũt genuit roboam. Roboam autẽ genuit abiã. Abias autẽ genuit asa. Asa autẽ genuit iosaphat. Josaphat aũt genuit iozam. Jozam autẽ genuit oziã. Ozias autẽ genuit ioatham. Joatham autẽ genuit acham. Acham autẽ genuit ezechiam. Ezechias autẽ genuit manassen. Manasses aũt genuit amon. Amon autẽ genuit iosiam. Josias autẽ genuit iechoniam et fratres ei9 in transmigratione babilonis. Et post transmigrationem babilonis: iechonias genuit salathiel. Salathiel aũt genuit zorobabel. Zorobabel autẽ genuit abiud. Abiud autẽ genuit eliachi. Eliachim aũt genuit azor. Azor autẽ genuit sadoch. Sadoch autẽ genuit achim. Achim autẽ genuit eliud. Eliud autẽ genuit eleazar. Eleazar aũt genuit mathan. Mathan autẽ genuit iacob. Jacob autẽ genuit ioseph virũ marie. De qua natus est iesus: qui vocatur christus. Finito euãgelio sacer. incipiat canticũ Te deũ. quo dicto rectores cho. incipiãt missam. Ad missam in gallicãtu.



Dominus dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te. Ps. Quare fremuerunt gentes: & populi meditati sunt inania. Kyrie. cum suis V. Sequatur. Gloria in excelsis. more duplicis festi. Sciendum est q̃ semper ad missam dicitur Gloria in excelsis. quotiens ad matutinas dicitur Te deum. nisi missa Salus populi. vł missa de cruce/ vel missa dñical. in aliquo festo trium lectionũ/ vel infra octauas sine regimine chori cãtanda fuerit. Quando vero aliqua missa de vigilia / vel de festo trium lectionũ in capit. de do. dicitur: tũc etiam dicitur cantus super Kyrie. Gloria in excelsis.

quando dicit Sanctus. et Agn9 et Ite missa est. sicut in festo triū lec. Similiter fiat quādo dr missa dñicalis in capitulo die dñica tunc etiā dicet Credo. Orō.

Deus qui hanc sacratissimā noctē veri luminis fecisti illustratione clarescere: da quesumus vt cuius lucis mysteria in terra cognouimus: eius quoqz gaudijs in celo pfruamur. Per. Duo clerici de scda forma in cappis sericis in pulpito simul cantent hanc lectionem.

Laudes deo dicam per secula qui me plasmauit in manu dextera atqz redemit cruce purpurea sanguine nati. Hic cantet alternatim. Lectio esaie prophete. In qua christi lucida vaticinatur natiuitas. Hec dicit dñs. Pater filius spiritussanctus in quo sunt oīa condita supna atqz ima. Populus gentiū q̄ ābulabat in tenebris. Quē creasti: quē fraude subdola hostis expulit paradiso/ et captiuatū secū traxit ad tartara Uidit lucē magnā. Fulserūt: et immania nocte media pastoribus lumina. Habitantibus in regione vmbre mortis: lux. Sempiterna et redemptio vere noua. Orta est eis. O stupenda natiuitas. Paruulus enim natus est nobis. Magnus hic erit iesus filius dei. Et filius Patris summi. Datus est nobis. Ab arce summa predictū sic erat. Et factus est principatus super humerū eius. Ut celos regat atqz arua. Et vocabitur nomē ei9 Messias/sother/emanuel/sabaoth/adonay. Admirabilis. Radix dauid Cōsiliari9. Dei patris. Deus. Qui creauit omnia. Fortis. Baratra claustra perimēs teterrima. Pater futuri seculi. Rex omnipotēs et cuncta regens. Princeps pacis. Hic et in euum. Multiplicabitur eius imperiū. In hierusalē iudea siue samaria. Et pacis nō erit finis. Per secula sempiterna. Super soliū dauid/et super regnū eius sedebit. Et regni meta sui nō erit aliqua. Ut confirmet illud. In fidei pignore Et corroboret in iudicio et iustitia. Iudex cū venerit iudicare seculū. Ammodo. Illi debet gloria: laus et iubilatio. Et vsqz in sempiternū. Hic cantent simul vsqz ad finem. Ab ortu solis vsqz ad occiduos ad fines mundi orbis per climata laus creatori resonet cōgrua. Amē dicāt oia. Ubi nō habet iste cātus legat. Lectio Esaie pphete. ix.

Hec dicit dominus. Populus gentiū qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam. Habitantibus in regiōe vmbre mortis: lux orta est eis Paruulus enim natus est nobis. Et filius datus est nobis. Et factus est principatus super humerum ei9: et vocabitur nomē eius admirabilis/cōsiliarius/deus fortis/pater futuri seculi/princeps pacis. Multiplicabitur ei9 imperium: et pacis non erit finis. Super solium dauid et super regnum eius sedebit: vt confirmet illud et corroboret in iudicio et iustitia. A modo: et vsqz in sempiternum. Sine interuallo legatur epl'a: ad Tytum. ij.

Charissime. Apparuit gratia dei saluatoris nostri omnibus hominibus erudiens nos/vt abnegātes impietatē et secularia desideria sobrie et iuste et pie viuam9 in hoc seculo. Expectātes beatā spē: et aduentū glorie magni dei et saluatoris nostri iesu christi. Qui dedit semetipsum pro nobis: vt nos redimeret ab iniquitate et mundaret sibi populū acceptabilē/sectatorē bonorū operū. Hec loquere: et exhortare. In christo iesu dño nño. Gr. Tecū principiū in die virtutis tue in splēdorib9 sanctorū: ex vtero ante luciferū genui te. V. Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis: donec ponā inimicos tuos scabellū pedū tuorū. Alla. V. Dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te. Sequentia.

Nato canunt omnia dño pie agmina. Sillabatim neumata pstringendo organica. Hec dies sacrata in qua noua sunt gaudia mundo plene dedita. Hec nocte pcelsa intonuit et gloria in voce angelica. Fulserunt et immania nocte media pastorib9 lumina Dū fouēt sua pecora subito diua pcipiūt monita. Nat9 alma vgine q̄ extat ante secula. Est immēsa in celo gloria pax et in terra. Sic ergo

celi caterua altissime iubilat. Et tanto canore tremat alta poli machina. Sonet et per omnia hac in die gloria voce clara reddita. Humane concrepent cuncta deum natū in terra. Confracta sunt imperia hostis crudelissima. Pax i terra reddita nūc letētur omnia nati per exordia. Solus qui tuetur oia. Solus q̄ cōdidit oia. Ipse sua pietate soluat oia peccata nostra. ¶ Euāg. more dupl'. fes. S. lu. ij.



In illo tēpore. Exijt edictū a cesare augusto: vt describeretur vniuersus orbis. Hec descriptio prima: facta est a preside syrie cyrino. Et ibant omēs: vt profiterentur singuli in suam ciuitatē. Ascēdit autē et ioseph a galilea de ciuitate nazareth in iudeā ciuitatē dauid: que vocabatur bethleē. Eo q͏ esset de domō et familia dauid: vt profiteretur cū maria desponsata sibi vxore pregnāte. Factū est aūt cū essent ibi: impleti sunt dies vt pareret. Et peperit filiū suū primogenitū. Et pannis eū inuoluit: et reclinauit eū in p̄sepio / q̄a nō erat ei locus in diuersorio. Et pastores erant in regione eadem vigilātes et custodientes vigilias noctis supra gregem suū. Et ecce angelus domini stetit iuxta illos: et claritas dei circūfulsit illos / et timuerunt timore magno. Et dixit illis angel9. Nolite timere. Ecce eīm euangelizo vobis gaudium magnū quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie saluator / qui est christus dñs in ciuitate dauid. Et hoc vobis signū. Inuenietis infantē pānis inuolutum: et positum in presepio. Et subito facta est cum angelo multitudo militie celestis laudantium deum: et dicētiū. Gloria in altissimis deo: et in terra pax hominibus bone voluntatis. Et legat in pulpito more duplici festi. ¶ Credo. Offer. Letentur celi et exultet terra āte faciem domini quoniam venit. Secreta.

Accepta sit tibi domine quesumus hodierne festiuitatis oblatio: vt tua gratia largiente per hec sacrosancta commertia in illius inueniamur forma: in quo tecum est nostra substātia iesus xp̄s dñs noster. Qui tecū. Prefa. Quia per incarnati. Hec p̄fatio dicitur in die natiuitatis domini ad omēs missas et quotidie per ebdomadā / et in die circūcisionis dñi / et in omnib9 missis de sancta maria: ab hac die vsq3 ad purificationem. Communicantes. vero dicit̄ tātū vsq3 ad circūcisionē / et in die circūcisionis. Cōio. In splendoribus sanctorū ex vtero ante luciferum genui te. Postcommunio

Da nobis quesumus domine deus noster: vt qui natiuitatem domini nostri iesu christi nos frequentare gaudemus: dignis cōuersationibus ad eius mereamur pertingere consortium. Qui te. ¶ Ad missā in aurora. Officiū.



Lux fulgebit hodie super nos q̄a nat9 est nobis dominus / et vocabitur admirabilis de9 / princeps pacis / pater futuri seculi / cuius regni non erit finis. ps. Dominus regnauit decorem indutus est: indutus est dominus fortitudinē et precinxit se. Ad hanc missā dicit̄ Kyrie. vsq3 ad. Gloria in excelsis deo. Sanctus. et Agnus dei. sicut in festo simplici nouem lectionum dicuntur. Oratio.

Da quesumus omnipotens deus vt qui noua incarnati verbi tui luce perfundimur: hoc in nostro resplendeat opere quod per fidem fulget in mēte. Per dominum nostrū iesum. Memoria de sancta anastasia cum hac orone.

Da quesumus omnipotens deus vt qui beate anastasie martyris tue solennia colimus: eius apud te patrocinia sentiamus. Per dominum no. ¶ Ad hanc missam non dicuntur plures orationes vel pauciores. Sequens lectio legatur in pulpito ab vno clerico de secunda forma. Lctō esaie prophete. Ixi.

H Ec dicit dñs. Spirit⁹ domini su-
per me: eo q̄ vnxerit me. Ad an-
nunciandū mansuetus misit me vt mede
rer cōtritis corde: et predicarē captiuis
indulgentiā/ clausis apertionē. Ut predi
carē annū placabilē dño: et diē vltionis
deo nostro. Ut consolarer oēs lugētes ꝛ
ponerē cōsolationē lugentibus syon. Et
darē eis coronā pro cinere: oleū gaudij
pro luctu/ palliū laudis pro spiritu mero
ris. Et vocabuntur in ea fortes iustitie:
plantatio dñi ad glorificandū. Ecce dñs
auditū fecit: in extremis terre. Dicite
filie syon. Ecce saluator tuus venit: ecce
merces eius cū eo/ et opus illius corā il-
lo. Et vocabūt eos populus sctūs: redē-
pti a dño. Sine interuallo. Lectio epi-
stole beati pauli apostoli: ad Tytum. iij.

C Harissime. Apparuit benignitas
et humanitas saluatoris nostri
dei. Non ex operibus iustitie que fecim⁹
nos: sed secundū suā misericordiā saluos
nos fecit. Per lauachrum regeneratio-
nis ꝛ renouationis spiritussancti: quem
effudit in nos abunde/ per iesum christū
saluatorem nostrum. Ut iustificati gra-
tia ipsius heredes simus: secundū spē vi
te eterne. In christo iesu domino nostro

Gr. B enedictus qui venit in noie dñi: deus
dñs et illuxit nobis. ℣. A dño factū est istud: et
est mirabile in oculis nostris. Alla. ℣. Do-
minus regnauit decorem induit: induit dñs for
titudinē et precinxit se virtute. Sequentia.

S Onent regi nato noua cantica.
Cuius pater fecit oia mr̄ est vir-
go sacratissima. Generans hic nescit fe-
minam: illa est sine viro grauida. Uer-
bum corde patris genitum ante secula.
Aluus matris gessit corporatū per tem
pora. O maria genitura/ o stupenda na-
tiuitas O proles gloriosa/ humanata di
uinitas Sic te nasciturum fili dei vates
docti tuo spiritu dixerant. Sic te orien
te laudes tibi cantant: pacem terris an
geli nunciant. Elementa vultus exhile-
rant. Omnes sancti gaudentes iubilant
Salue clamando nosq3 salua. Deitas in
personis trina. Simplex vsya. ¶ Euan-
gelium in pulpito more dominicali le-
gatur. Secūdum Lucam. ij.



I N illo tempo-
re. Pastores
loquebantur adinui-
cem. Transeamus
vsq3 bethleem: et vi-
deamus hoc verbum
qđ factū est/ quod fe-
cit dominus et osten
dit nobis. Et vene-
runt festinantes: et
inuenerunt mariam
et ioseph/ et infantē positum in presepio
Uidentes autē: cognouerunt de verbo
quod dictum erat illis de puero hoc. Et
omnes qui audierunt mirati sunt: et de
his que dicta erāt a pastoribus ad ipsos
Maria autē conseruabat omnia verba
hec: conferens in corde suo Et reuersi sunt
pastores glorificantes et laudantes de-
um in omnibus que audierant: et vide-
rant: sicut dictum est ad illos. ¶ Credo.

Offer. D eus enim firmauit orbem terre qui
non commouebitur: parata sedes tua deus ex
tunc a seculo tu es. Secreta.

M Unera nostra quesumus domi-
ne natiuitatis hodierne mysteri
is apta proueniant: vt sicut homo geni-
tus idem refulsit deus: sic nobis hec ter
rena substantia conferat quod diuinum
est. Per eundem. Alia secreta.

A Ccipe quesumus domine mune
ra dignanter oblata: et btē ana-
stasie suffragantibus meritis ad nostre
salutis auxiliū prouenire concede. Per
Prefatio. Cōmunicantes. vt s̄. Cōio.

E xulta filia hierusalem: ecce rex tuus venit
sanctus et saluator mundi. Postcommunio.

H Uius nos dñe q̄s sacramenti sem
per natalis nouitas instauret: cu
ius natiuitas singularis humanam re-
pulit vetustatem. Per eundem domi-
num nostrum. Alia postcommunio.

S Atiasti domine familiam tuam/
muneribꝰ sacris: eius quesum⁹
semper intercessione nos refoue/ cuius
solemnia celebramus. Per dominum.



In die natiuit. dñi ad tertiã mis. Offiti.



PUer natus est nobis et filius datus est nobis: cuiꝰ imperium super humerum eius: ⁊ vocabitur nomẽ eius magni consilij angelus. Ps. Cantate domino canticum nouum quia mirabilia fecit. Oratio.

COncede q̃s oĩps deus: vt nos vnigeniti tui noua per carnẽ natiuitas liberet: quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet. Per. Sequens lectõ legat in pulpito ab aliquo de supiori gradu in superpellitio. Lectõ esaie ꝓphe. lij.

HEc dicit dñs Propter hoc sciet populus meꝰ nomẽ meũ in die illa: q̃a ego ipse q̃ loquebar ecce assum. Quã pulchri sup mõtes pedes annũciantis et predicãtis pacẽ: annũciãtis bonũ / ꝑdicãtis salutẽ dicẽtis. Syon / regnabit deus tuus. Uox speculatorũ tuorũ leuauerũt vocẽ: simul laudabãt q̃a oculo ad oculũ videbunt cũ cõuerterit dñs syon. Gaudete et laudate simul deserta hierusalẽ: q̃a ꝯsolatus est dñs populũ suũ / redemit hierusalẽ. Parauit dñs brachiũ sanctũ suũ / in oculis omnuũ gentiũ: et videbunt omnes fines terre / salutare dei nostri.

Lectõ epl̃e bti pauli apl̃i: ad Hebreos. j.

FRatres. Multipharie multisqꝫ modis olim deus loquens patribus in prophetis: nouissime diebus istis locutus est nobis in filio quẽ cõstituit heredẽ vniuersorũ / per quẽ fecit et secula. Qui cũ sit splẽdor glorie et figura substãtie eius / portãsqꝫ oĩa verbo virtutis sue purgationẽ peccatorũ faciẽs: sedet ad dextrã maiestatis in excelsis. Tãto melior angelis effectꝰ: quãto differẽtius pre illis nomẽ hereditauit. Cui enim dixit aliquãdo angelorũ filius meus es tu: ego hodie genui te. Et rursum. Ego ero illi in patrẽ: et ipse erit mihi in filiũ. Et cum iterũ introducit primogenitũ in orbẽ terre / dicit. Et adorẽt eũ: oẽs angeli dei. Et ad angelos q̃dẽ dixit. Qui facit angelos suos spũs: ⁊ ministros suos flãmã ignis Ad filiũ aũt. Thronꝰ tuus deus in seculũ seculi: virga eq̃tatis virga regni tui. Dilexisti iustitiã ⁊ odisti iniquitatẽ propterea vnxit te deus / deus tuus oleo exultatiõis pre participibus tuis. Et tu in principio dñe terrã fũdasti: et opera manuũ tuarũ sũt celi. Ipsi peribũt tu aũt permanebis: ⁊ oẽs vt vestimẽtũ veterascẽt. Et velut amictũ mutabis eos: ⁊ mutabũtur. Tu aũt idẽ ipse es: et anni tui nõ deficiẽt. Gr. Uiderũt oẽs fines terre: salutare dei nostri / iubilate deo oĩs terra. V. Notũ fecit dñs salutare suũ: ante cõspectũ gẽtiũ reuelauit iustitiã suã. Alla. V. Dies sanctificatus illuxit nobis: venite gẽtes et adorate dñm q̃a hodie descẽdit lux magna sup terrã. Sequẽ.

CEleste organũ hodie sonuit in terra. Ad partũ virginis superũ cecinit caterua. Quid facis humana turba: cur nõ gaudes cũ supera. Uigilat pastorum cura / vox audit angelica. Cantabãt inclita carmina: plena pace et gloria Ad christũ referũt propria / nobis canũt ex gr̃a. Nec cunctorũ sunt hec dona / sed

mens quorũ erit bona. Nec sunt absolu-
te data: sed decẽter sunt prolata. Affectꝰ
deserãt vicia / ⁊ sic nobis pax est illa / quia
bonis est promissa. Junguntur superis
terrea / ob hoc quidẽ laus est iuncta / sed
decẽter fit diuisa. Gaude homo cũ ppen
dis talia. Gaude caro facta verbi socia.
Iste V. ter dicatur. Nũciat eius ortũ sy
dera lucis per indicia. Ineũt duces gre
gũ lumina bethleẽ vsqꝫ preuia. Inuenit
rex celorũ inter animalia. Arto iacet in
presepe rex qui cingit oĩa. Stella ma
ris quẽ tu paris / colit hũc ecclesia. Ipsi
nostra per te pia placeant seruitia. Reso
nent cuncta redempta. ¶ Initium san-
cti euangelij: secundum iohannem. j.

IN principio erat verbũ: et verbũ
erat apud deũ / et deus erat ver-
bũ. Hoc erat in principio apud deũ. Oĩa
per ipsum facta sunt et sine ipso factũ est
nihil. Quod factũ est in ipso vita erat: et
vita erat lux hominũ. Et lux in tenebris
lucet: ⁊ tenebre eã nõ cõprehenderũt. Fu
it homo missus a deo: cui nomen erat io-
hannes. Hic venit in testimoniũ vt testi-
moniũ phiberet de lumine: vt oẽs crede
rent per illũ. Nõ erat ille lux: sed vt testi
moniũ perhiberet de lumine. Erat lux
vera: q̃ illuminat oẽm hominẽ venientẽ
in hũc mundũ. In mũdo erat ⁊ mundus
per ipsum factus est / et mũdus eũ nõ co-
gnouit. In propria venit: et sui eũ nõ re-
ceperũt. Quotquot autẽ receperunt eũ:
dedit eis potestatẽ filios dei fieri his qui
credũt in noie eius. Qui nõ ex sanguini
bus: neqꝫ ex volũtate carnis / neqꝫ ex vo
lũtate viri / sed ex deo nati sunt. Et ver-
bũ caro factum est: et habitauit in nobis
Et vidimꝰ gloriã eius: gloriã quasi vni-
geniti a patre. Plenum gratie: ⁊ verita
tis. Offã. Tui sunt celi et tua est terra: or-
bem terrarũ et plenitudinem eius tu fundasti /
iusticia et iudiciũ preparatio sedis tue. Secrẽ.

OBlata dñe munera noua vnigeni
ti tui natiuitate sanctifica: nosqꝫ a
peccatorũ nostrorũ maculis clementer
emunda. Per eundẽ. Cõio. Uiderũt om
nes fines terre salutare dei nostri. Postcõio.

PResta quesumus omnipotẽs de-
us: vt natus hodie saluator mun
di sicut diuine nobis generatiõis est au-
ctor: ita ⁊ immortalitatis sit ipse largi-
tor. Qui tecum viuit et regnat. ¶ In
die scti stephani pthomartyris. Officiũ



STenim sederunt
principes et ad-
uersũ me loque-
bãtur / et iniqui
psecuti sunt me /
adiuua me domi
ne deꝰ meus: q̃a
seruus tuus ex-
ercebatur in tuis
iustificationibus. Ps. Beati immaculati in
via qui ambulant in lege domini. Oratio.

DA nobis quesumus dñe imitari
quod colimus: vt discamus ⁊ in-
imicos diligere / q̃a eiꝰ natalitia celebra-
mus: q̃ nouit etiã pro persecutoribꝰ exo
rare / dñm nostrũ iesum xpm filiũ tuum.
Mẽo. de nati. tñ. Lcõ actuũ aposto. vj.

IN diebꝰ illis. Stephanꝰ plenus
grã et fortitudine faciebat pdigia
⁊ signa magna in pplo. Surrexerũt aũt
q̃dã de synagoga q̃ appellabaṫ libertino
rũ / et cyrenẽsiũ / ⁊ alexãdrinorũ: ⁊ eorũ q̃
erãt a cilicia et asia disputãtes cũ stepha-
no Et nõ poterãt resistere sapiẽtie: ⁊ spũi
q̃ loquebaṫ. Audiẽtes aũt hec dissecaban
tur cordibꝰ suis: ⁊ stridebãt dẽtibꝰ in eũ
Cũ aũt esset stephanꝰ plenꝰ spũ sctõ: intẽ
dẽs in celũ vidit gloriã dei: ⁊ iesũ stantẽ a
dextris dei / ⁊ ait Ecce video celos aptos
et filiũ hois stãtẽ a dextris virtutis dei.
Exclamãtes aũt voce magna ꝯtinuerũt
aures suas: ⁊ impetũ fecerũt vnanimiter
in eũ. Et eijcientes eũ extra ciuitatẽ: la-
pidabant. Et testes deposuerũt vestimẽ
ta sua secus pedes adolescentis q̃ voca-
batur saulus: et lapidabãt stephanũ / in-
uocãtẽ et dicẽtẽ. Dñe iesu suscipe spiritũ
meũ. Positis autẽ genibus: clamauit vo
ce magna dicẽs Dñe ne statuas illis hoc
peccatũ. Et cũ hoc dixisset: obdormiuit
in dño. Cõio. Sederunt principes et aduer
sum me loquebãtur: ⁊ iniqui psecuti sunt me. V

Adiuua me dñe deus meꝰ: saluū me fac ꝑpter miam tuā. Alla. ℣. Uideo celos aptos et iesum stātē a dextris virtutis dei. Sequentia.

Magnus deus in vniuersa terra. Magna sunt eius vbiqꝫ oīa in celo atqꝫ in terra opera. Qui est rex regū/ dñs oīm a patre genitꝰ ante scl̃a. Cuiꝰ caritas vera celo subleuat stephanū de terra. Atqꝫ perenni vita ornat cādida digniter corona. Plenꝰ etenim stephanꝰ deitate atqꝫ gr̃a. Magna dabat ꝓdigia docēs verissima dogmata. Cū aūt predicaret iā ꝑsentia. Nostre redēptiōis noua gaudia Intēto in supna celi patet ianua Dixitqꝫ circunstanti plebi voce publica. Sacra plenꝰ gratia. Ecce video admirabilē gloriā. Claritate fulgida. Atqꝫ iesū stantē in virtutis dei dextera. Cum hoc audisset impia gens iudaica. Dans fremitum concita. Quassat lapidibus stephani membra. Sed stat fortiter patiēs martyr ⁊ orat. Ne his christe noxam statuas. Sed iam accipe animā meam. Et cum dixisset: in domino obdormiuit pace eterna. Tu ⁊ nobis martyrio Stephane sempiterna impetra gaudia. Iste vltimus vꝰ. dr trina vice in hoc festo: et in inuentione eiusdē. Scdm matheū. xxiij

In illo tp̄e. Dixit iesus turbis iudeorū: ⁊ principibus sacerdotum Ecce ego mitto ad vos prophetas ⁊ sapientes ⁊ scribas: ⁊ ex illis occidetis ⁊ crucifigetis / et ex eis flagellabitis in synagogis vestris. Et persequimini de ciuitate in ciuitatē: vt veniat sup vos omnis sanguis iustus q̄ effusus est super terrā a sanguine abel iusti vsqꝫ ad sanguinē zacharie filij barachie / quē occidistis inter tēplum et altare. Amē dico vobis: venient hec oīa sup gn̄ationē istā. Hierusalē hierusalē q̄ occidis ꝓphetas / et lapidas eos q̄ ad te missi sūt: quotiēs volui ꝯgregare filios tuos queādmodū gallina cōgregat pullos suos sub alas / et noluisti. Ecce relinquet vobis domꝰ vr̃a deserta Dico eīn vobis: nō me videbitis amodo donec dicatis. Bn̄dictus q̄ venit in noīe dñi. Credo. Offr. Elegerūt apostoli stephanū leuitā plenū fide et sp̄ū sc̄tō quē lapidauerunt iudei orantē et dicentē / domine iesu accipe spiritum meum alleluya. Secreta.

Suscipe quesumus dñe munera / pro sancti cōmemoratione martyris tui stephani / vt sicut illū passio fecit gloriosū: ita nos deuotio reddat innocuos. Per ℣. Cōio. Uideo celos apertos et iesum stantem a dextris virtutis dei: dñe iesu accipe spiritū meū: et ne statuas illis hoc peccatū: quia nesciunt quid faciunt. Postcōio.

Auxilientur nobis dñe sumpta mysteria: et intercedente beato stephano prothomartyre tuo / sempiterna nos protectiōe cōfirmēt. Per dñz. ¶ In die scti iohannis euangeliste. Officium.



In medio ecclesie aperuit os eius ⁊ impleuit eum dominus spiritu sapientie et intellectus: stola glorie induit eum. In tēpore paschali. alleluya. ℣. Iocunditatē et exultationē thesaurizauit sup eū. Oratio

Ecclesiā tuā q̄s dñe benignus illustra: vt bti iohannis apostoli tui ⁊ euangeliste illuminata doctrinis: ad dona ꝑueniat sempiterna. Per. Mēo. de nati. et de. s. stepha. tm̄. Lcō li. sapień. xb

Qui timet deū: faciet bona. Et qui cōtinēs est iustitie apprehēdet illā: et obuiabit illi quasi mater honorificata. Cibabit illū pane vite ⁊ intellectus: ⁊ aqua sapientie salutaris potabit illū. Et firmabit in illo et nō flectet: et ꝯtinebit illū et nō confundet / et exaltabit illū apud ꝓximos suos. In medio ecclesie aperiet os eiꝰ: et implebit eū dñs sp̄ū sapiētie et intellectus / stola glorie induet eum. Iocunditatē et exultationē: thesaurizabit super eū. Et noīe eterno hereditabit illū: dñs deus nr̄. Gr. Exijt sermo inter fratres q͛ discipulꝰ ille nō morit̃. ℣. Sed sic eū volo manere donec veniā: tu me sequere. Alla. ℣ Hic est discipulꝰ ille q̄ testimoniū ꝑhibet de his et scimus q̄a verū est testimoniū eiꝰ. Sequē.

IOhannes iesu christo multū dile-
cte virgo. Tu eius amore carna-
lē. In naue parētē liquisti. Tu lene cōiu
gis pectus respuisti messiā secutꝰ. Ut e-
ius pectoris sacra meruisses fluenta por
tare. Tu in terra positꝰ gloriā ꝯspexisti
filij dei. Que solū sctis in vita credit̄ ꝯtu
enda esse perēni Te xp̄s icruce triūphās
matri sue dedit custodē. Ut virgo virgi
nē seruares atq; curā suppeditares. Tu
te carcere flagrisq; fractꝰ testimōio pro
xp̄i es gauisus. Idem mortuos suscitas
inq; iesu noie venenū forte vincis. Tibi
summus tacitū ceteris verbū suū/pater
reuelat. Tu nos oēs precibus sedulis a-
pud deū semper cōmenda. Johannes ie
su care. Iste vltimus v̄ꝰ. ter dicat̄ in hoc
festo tantū. Euāgeliū. secūdū iohānē. xxi

IN illo tpe. Dixit iesus petro. Se
quere me. Conuersus petrus: vi-
dit illū discipulū quē diligebat iesꝰ sequē
tē/ q̄ et recubuit in cena sup pectꝰ eius ꝛ
dixit. Dn̄e q̄s est qui tradet te. Hūc ergo
cū vidisset petrus: dixit iesu. Dn̄e hic au
tē q̄d. Dicit ei iesus Sic eū volo manere
donec veniā. Quid ad te. Tu me seque
re. Exiit ergo sermo inter fratres: q̄a di
scipulus ille nō morit̄. Et nō dixit ei iesꝰ
q̄a nō moritur: sed sic eū volo manere do
nec veniā/ q̄d ad te. Hic est discipulꝰ ille
q̄ testimoniū phibet de his et scripsit hec
Et scimus q̄a verū est testimoniū eius.
Credo. Offr. Iustus vt palma florebit:
sicut cedrus que in libano est multiplicabitur.
In tempore paschali. alleluya. Secreta.

SUscipe munera quesumus dn̄e
dignanter oblata: que in eius ti-
bi solennitate deferimus: cuius nos con
fidimus patrocinio liberari. Per dn̄m.
Cōio. Exijt sermo inter fratres: q̄ discipu-
lus ille non moritur: et nō dixit iesus non mori-
tur sed sic eum volo manere donec veniā. In
tēpore paschali alleluya. Postcommunio

REfecti cibo potuq; celesti deus no
ster te supplices exoramus vt in
cuius hec commemoratione percepimꝰ
eius muniamur et precibus. Per dn̄m.
In die sanctorū innocentiū. Officiū.



Ex ore infantium deus et lactenti-um perfecisti lau dem/ propter ini micos tuos. Ps. Domine dominus noster q̄ admirabi-le est nomen tuū in vniuersa terra. Oro

DEus cuius hodierna die precone
um innocentes martyres nō lo-
quendo sed moriendo confessi sunt: om-
nia in nobis viciorū mala mortifica: vt
fidem tuā quam lingua nostra loquitur
etiam moribꝰ vita fateatur. Qui cū deo
patre et spū sctō viuis et regnas. Per.
Mēo. de natiuitate: de sctō stephano: et
de sancto iohanne tantum. Lectio libri
apocalipsis beati iohannis apostoli. xiiij

IN diebus illis: Uidi supra montē
syon agnū stantē: et cū eo centum
quadraginta quatuor milia habētes no
men eius et nomē patris eius scriptū in
frontibus suis. Et audiui vocem de celo
tāq̄ vocē aquarū multarū: et tāq̄ vocem
tonitrui magni. Et vocē quā audiui: si-
cut cytharedorū cytharizantium in cy-
tharis suis. Et cātabāt quasi canticū no
uum ante sedē dei: ꝛ ante quatuor ani-
malia et seniores. Et nemo poterat dice
re cāticū: nisi illa centū quadragita qua-
tuor milia/ q̄ empti sunt de terra. Hi sūt
qui cū mulieribus nō sunt coinquinati:
virgines eni sunt. Hi sequuntur agnum
quocūq; ierit. Hi empti sunt ex oībus pri
mitie deo et agno. Et in ore ipsorū nō est
inuentū mendatiū. Sine macula sunt:
ante thronū dei. Gr. Anima nostra sicut
passer erepta est de laqueo venantium. V̄. La
queus contritus est et nos liberati sumus: ad-
iutoriū nostrum in nomine domini qui fecit ce
lum et terram. Alla. V̄. Te martyrum can-
didatus laudat exercitus domine. Sequent.

CElsa pueri cōcrepēt melodia Eya
innocētū canētes tripudia Quos
infās xp̄s hodie vexit ad astra. Hos tru
cidauit frēdēs insania. Herodiane fran-
dis ob nulla crimina. In bethleem ipsi-

us cūcta et per ꝯfinia. A bimatu et infra iuxta nascendi tpa. Herodes rex christi nati verēs infelix imperia. Infremit totus et irrigit arma supba dextera. Querit lucis et celi regē cū mēte turbida. Ut extinguat q̄ vitā p̄stat per sua iacula. Dū nō valēt intueri lucē splendidā nebulosa querentes pectora. Ira feruet fraudes auget herodes seuus vt perdat piorum agmina. Castra militū dux iniquus aggregat ferrū figit in menbra tenera. Inter vbera lac effundit anteq̄ sanguinis fierēt coagula. Hostis nature natos cui sceerat atq̄ iugulat Ante p̄sternit q̄ etas paruula sumat robora. Quā vtā sunt innocētū ab herode cesa corpuscula. Quā felices existūt matres que fuderūt talia pignora. O dulces innocētū acies o pia lactētiū. Pro christo certamina. Paruorū trucidantur milia: mēbris ex teneris manāt lactis flumina. Ciues angelici veniūt in obuiā. Mira victoria vite captat premia turba cādidissima. Te christe petimus mēte deuotissima. Nostra q̄ venisti reformare scēa: innocētū glia. Perfrui nos ꝯcedas per eterna. Scd̄m mathe. ij.

In illo tpe. Angelus dn̄i apparuit in somnis ioseph: dicēs. Surge et accipe puerū et matrē eius et fuge in egyptum: et esto ibi vsq̄ dum dicā tibi. Futurū est enī: vt herodes querat puerū ad perdendū eū. Qui cōsurgēs accepit puerū et matrē eius nocte/ et secessit in egyptū: et erat ibi vsq̄ ad obitū herodis. Ut impleretur qd̄ dictū est a dn̄o: p prophetā dicentē. Ex egypto vocaui filiū meū. Tūc herodes vidēs q̄m illusus esset a magis: iratus est valde. Et mittēs occidit oēs pueros q̄ erāt in bethleē/ et in oībus finibus eius: a bimatu et infra secūdū tēpus qd̄ exq̄sierat a magis. Tūc adipletū est qd̄ dictū est per hieremiā prophetam dicentē. Uox in rama audita est plorat⁹ et vlulatus multus: rachael plorās filios suos. Et noluit cōsolari: quia nō sunt. Credo. Offr. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est/ et nos liberati sumus. Secreta.

Adesto domine muneribus innocentū festiuitate sacrandis et presta vt eorum sinceritatem possum⁹ imitari/ quorum tibi dicatam veneramur infantiā. Per. Cōio. Uox in rama audita est ploratus et vlulatus rachael plorans filios suos: et noluit consolari quia nō sunt. Postcōio.

Uotiua dn̄e dona percepim⁹ que sanctorū nobis precibus et presentis vite quesumus pariter et eterne: tribue conferre subsidiū. Per dominū.

In die sancti thome martyris. Offiū



Gaudeamus omnes in dn̄o: diem festū celebrantes sub honore thome martyris de cui⁹ passione gaudent angeli/ et collaudāt filiū dei. ℣. Exaudi de⁹ orōnē meā cū deprcor: a timore inimici eripe aīam meā. Orō

Deus pro cuius ecclesia gloriosus pontifex thomas gladiis impiorū occubuit/ presta q̄s: vt oēs qui ei⁹ implorāt auxiliū/ petitiōis sue salutarē cōsequātur effectū. p. Mēo. de nati. de sctō stephano de. s. iohāne et de inocē. tm̄. epl̄a Ois pōtifex. i cōi vni⁹ epi et m̄. Gr. Posuisti dn̄e. Alla. ℣. Glia et honore. Sequē.

Solenne canticū hodie resonet in terra. Ad palmam martyris exultet superū caterua. Quid facis turba iocunda gratulare cum supera. Jubilet mēs letabunda psallat christo vox libera Colat et festa dn̄ica deuota cantuaria. Intonat iussa tyrānica turbulēta militia Dire leges et mandata: insolenter sunt plata. Loca xp̄o ꝯsecrata prophanauit vis armata. Sed xp̄i sic in vestigio stabāt thome pedes recti/ vt nequirēt inde flecti. In sui regis obsequio arbitrat⁹ lucrū mori caput offert percussori Gaude thoma de cuius victoria. Ortus christi cumulātur gaudia. Martyris declarat gloria crebra per indicia. Curantur per eius suffragia lāguidorū milia. Trucidatur flos pastorum inter sanctuaria. Nec

dici nec locorũ obstat reuerentia. Stella maris que letaris te lactasse filiũ. Hũc precamur assequamur vt thome consortium. Eius prece gloriosa. Euãgel. Homo quidã nobilis. in cõi vni⁹ epi ꝫ mar. Credo. Offr. Posuisti domine. Secreta

Salutaris hostie mun⁹ sacrandũ quesum⁹ dñe btũs thomas pontifex et martyr nobis ad salutem fore deposcat: vt et conuersationis ei⁹ experiamur insignia: ꝫ intercessiõis ei⁹ percipiam⁹ suffragia. p. Cõ. Magna est. Postcõ.

Adiuuet nos omnipotẽs et misericors de⁹ per hec sctã que sumpsimus bti martyris tui atqꝫ põtificis thome intercessio veneranda: qui pro tui nominis honore glorioso meruit coronari martyrio. Per. ¶ Sexta die a natiuitate dñi siue dñica fuerit siue nõ / officium.

Dum mediũ silentiũ tenerẽt omnia / et nox in suo cursu mediũ iter haberet: omnipotens sermo tuus dñe / de celis a regalibus sedibus venit. ps. Dñs regnauit decorẽ indutus est: indutus est dñs fortitudinem et precinxit se. Repetatur officiũ deinde vr Gloria pa. ꝫ Sicut erat. tertio repetat officiũ. Kyrie eleyson. Gloria in excelsis. Sctũs. et Agn⁹. sicut in festo simplici. ix. lec. dicũtur hac die siue dñica fuerit siue non. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne de⁹ dirige actus nostros in beneplacito tuo: vt in noie dilecti filij tui mereamur bonis operib⁹ abundare. Qui te. Mẽo. de sctõ stepha. de sctõ iohã. de innocẽti. ꝫ de sctõ thoma tñ. Ad galathas. iiij.

Fratres. Quãto tpe heres paruulus est: nihil differt a seruo cũ sit dñs omniũ. Sed sub tutorib⁹ et actoribus est: vsqꝫ ad prefinitũ tps a pre. Ita et nos cũ essemus paruuli: sub elemẽtis mũdi hui⁹ eram⁹ seruientes. At vbi venit plenitudo tpis: misit de⁹ filiũ suũ natũ ex muliere factũ sub lege / vt eos q̃ sub lege erãt redimeret: vt adoptionẽ filiorum reciperemus. Quoniã autẽ estis filij dei misit deus spiritũ filij sui in corda vestra clamantẽ abba pater. Itaqꝫ iã nõ est seruus: sed fili⁹. Qd si fili⁹: ꝫ heres per deũ. Gr. Speciosus forma pre filijs hominũ diffusa est gratia in labijs tuis. V. Eructauit cor meum verbũ bonum: dico ego opera mea regi: lingua mea calamus scribe / velociter scribentis. Alla. V. Dñs regnauit decorẽ induit: induit dñs fortitudinẽ et precinxit se virtute. Hac die semper siue do. fue. siue nõ: dr ista sequẽtia

Christi hodierna celebramus natalitia. Celica resonent clare camenas agmina. Nũc regis celebrando gratulanter nuptias Lux noua iam terras illustrat veteres pellens tenebras. Reserat superna gr̃a diu clausa palatia. Felix mater et sola intacta virgo et puerpera Jam nato stas grauida cũ viri sis cubilis nescia. Ois caterua nr̃a te rogat dña Soluas quo nr̃a cuncta peccaminũ vincula virgo sempiterne btã. Digna fuisti sola tollentẽ crimina. Intra vteri claustra portare qui gubernat oĩa supera infera. Hunc sua laudãt facta gaudẽtes bona qua viuũt super essentia. Nos humillima turba damus debita poscentes eius clementiã. Ut nostra prestãs tempora nũc quieta det placita frui vita vtilia donãdo famulis mũera Ac inter nos discrimina seua soluẽs post funera derelicta sedẽ ducat mortis ac malorũ ignaram. Ubi ad dexterã patris almã sedet congregans coeternus per oia. Potenter cuncta disponendo cũ eo secla presentia et futura. Beata iustis donãs omnibus premia. Preclara qua lux vere micat q̃ est salus eterna et nr̃a glia. Scdm luc. ij.

In illo tpe. Erant ioseph et maria mater iesu: mirantes sup his que dicebantur de illo. Et benedixit illis symeon: et dixit ad mariã matrẽ eius. Ecce positus est hic in ruinam et in resurrectionem multorũ in israel: et in signũ cui contradicetur. Et tuã ipsius animã pertransibit gladius: vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes Et erat anna prophetissa filia phanuel de tribu aser: hec processerat in diebus multis: ꝫ vixerat cum viro suo annis septem a virginitate

tate sua. Et hec vidua erat usqz ad annos octoginta quatuor: qui non discedebat de templo / ieiuniis et obsecrationibus seruiens nocte ac die. Et hec ipsa hora superueniens / confitebatur domino: et loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionē israel. Et vtperfecerunt omnia secundū legē dñi: reuersi sunt in galileā / in ciuitatē suā nazareth. Puer autē crescebat & cōfortabatur: plenus sapientia. Et gratia dei: erat in illo. Credo. Offer. Deus enim firmauit orbē terre qui non commouebitur: parata sedes tua deus ex tunc / a seculo tu es. Secreta.

Accepta quesumus dñe sacrificiū plebis tue: quam iesu christi filii tui dñi nostri iubeas esse cōsortē: qui humanitatis nostre dignatus est fieri particeps. Qui te. Cōio. Tolle puerum & matrem eius & vade in terram iuda: defuncti sunt enim qui querebant animam pueri. Postcōio

Sumpto sacrificio domine tua generaliter exultet ecclesia / quo infirmitates eius sunt assumpte: vt diuine particeps fieret ipsa substātie. Per dñm

In die sancti siluestri officium. Sacerdotes tui induantur. Oratio.

Da quesumus omnipotens deus vt bti siluestri cōfessoris tui atqz pōtificis veneranda solennitas: & deuotionē nobis augeat et salutē. Per dñm. Mēo. do natiui. de sctō stephano / de sctō iohāne / de innocētib⁹ / et de sctō thoma. Epla. Ecce sacerdos. in coi vnius cōfessoris. Gr. Ecce sacerdos. Alla. v. Inueni. Sequentia. de cōmuni. Euangeliū. Homo quidā peregre in cōi vnius confessoris. Credo. Offer. Inueni dauid. Secreta.

Adesto dñe supplicationibus nostris / nec vllis mētis & corporis patiaris subiacere periculis / quos beati siluestri pontificis munit gloriosa confessio. Per. Cōio. Beatus seruus. Postcōio.

Quesum⁹ ops deus: vt hodierne solēnitatis munus acceptū intercedēte beato siluestro cōfessore tuo atqz pontifice: & corporibus nostris salutem prestet et mētibus. Per dominū nostrū.



In die circuncisionis dñi Officium.

Puer natus est nobis / & filius datus est nobis: cui⁹ imperium super humerum eius: & vocabitur nomē ei⁹ magni consilii angelus. Ps. Cātate domino canticum nouum: quia mirabilia fecit. Oratio.

Deus q̄ nobis nati saluatoris diē celebrare cōcedis octauā: fac nos quesum⁹ ei⁹ ppetua diuinitate muniri: cuius sum⁹ carnali cōmertiōe reparati. Qui te. Nulla fiat mēo. ad hāc mis. epla Apparuit gra dei sal. vt in prima missa in die natiuit. Gr. Viderūt vt in. iii. mis. in die natiuit. do. Alla. v. Multipharie olim deus loquēs prib⁹ in pphetis nouissime diebus istis locutus est nobis in filio suo. Sequē.

Eya recolamus laudib⁹ piis digna Hui⁹ diei gaudia in qua nobis lux orITUR gratissima. Noctis interit nebula pereūt nři crimina vmbracula Hodie seculo maris stella est enixa noue salutis

gaudia. Que tremu͂t baratra mors cruenta pauet ipsa a quo peribit mortua. Gemit capta pestis antiqua coluber liuid9 perdit spolia. Homo lapsus ouis adducta reuocat ad eterna gaudia. Gaudent in hac die agmina angeloru͂ celestia. Quia erat dragma decima perdita et est inue͂ta. O proles nimiu͂ bta͂ qua redempta est natura Deus qui creauit oia nascit ex femina. Mirabilis natura mirifice induta: assume͂s qd no͂ erat mane͂s qd erat. Induitur natura diuinitas humana q̄s audiuit talia dic rogo facta. Querere venerat pastor pius qd perierat. Induit galeam certat vt miles armatura. Prostratus in sua propria ruit hostis spicula auferunt tela. In quib9 fidebat diuisa sunt illius spolia capta preda sua. Christi pugna fortissima sal9 nr̄a est vera. Qui nos summa͂ ad patria͂ duxit post victoria͂. In qua sibi laus est eterna. Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

In illo tpe Postq͂ co͂summati sunt dies octo vt circumcideretur puer vocatu͂ est nome͂ eius iesus. Qd vocatu͂ est ab angelo: priusq͂ in vtero co͂ciperet. Credo. Offer. Tui sunt. vts. Secreta.

Presta quesum9 omnipote͂s de9: vt per hec mu͂era que dn̄i nr̄i iesu christi archane natiuitatis mysterio gerim9: purificate me͂tis intellige͂tia co͂sequamur. Per e. Co͂. Uiderunt oe͂s. Postco͂.

Presta quesum9 dn̄e: vt qd nr̄i saluatoris iterata sole͂nitate pcepimus: perpetue nobis rede͂ptionis conferat medicina͂. Per eu͂d. ¶ In octa. s. stephani. s. ioha͂. et sctor innoce͂. siue do. fuer. siue no͂: ad mis. oia fiat sicut in pria die p̄ter seque͂. et Credo. et p̄fa. q̄ erit quotid. ita tn̄ q͂ in oct. s. ioha͂. dr pfatio de aplis. Et te dn̄e sup. Et dr ca͂tus sup Kyrie el. Glia in ex. Sctu͂s. et Agn9. Sic in fes. simplici. ix. lc. tn̄ si do. fue. dr Credo. sed nulla seque͂. et etia͂ fiat me͂o. de sctis per ordine͂. Me͂o. au͂t fiat de. s. maria in oct. s. stepha. et ab hic vsq͂ ad purifica. ta͂ in fest. q͂ in fer. et in do. nisi in vigil. epy. et i die eiusde͂: cu͂ or. De9 q̄ salutis. vts. in aurora. ¶ In vigil. epyppha. offici. Lux fulgebit. vt supra in aurora. Hac die si dn̄ica fuerit dicitur ca͂tus sup Kyrie el. Gloria in excelsis. Sctu͂s. et Agn9. sicut in simplici fes. ix. lc. si vero do. no͂ fuer. dr ca͂tus sicut in fes. iij. lc. sine regi. cho. et no͂ dicit Gloria in excel. nec Credo. nec Ite missa est. qa quasi vigi. habet: tn̄ dya. et subdya. dalmatica et tunica induant. Oro.

Corda nostra q̄s dn̄e ve͂ture festiuitatis sple͂dor illustret: quo mu͂di hui9 tenebris carere valeam9: et perueniam9 ad patria͂ claritatis eterne. Per dn̄m. Me͂o. de. s. tho. De9 p cui9. me͂o. de scto͂ edwardo rege et confessore. Oro

Deus q̄ vnigenitu͂ filiu͂ tuu͂ dn̄m nr̄m iesum xp̄m gloriosissimo regi edwardo i forma visibili demo͂strasti: tribue q̄s: vt ei9 meritis et pcib9 ad eterna͂ ipsi9 dn̄i nr̄i iesu xp̄i visione͂ ptingere mereamur Qui te. No͂ dn̄r plures vel pauciores oro͂nes ad ha͂c mis. siue do. fuerit siue no͂. Epla. Apparuit benignitas. Gr Benedict9 q̄ venit. V9. A dn̄o. quere hec oia in die nati. do. ad mis. in aurora. Siue do. fue. siue no͂ semp hac die dr Alla. V9. Dn̄s regn̄. sed nulla seque͂. Scd̄m mat. ij.

In illo tpe. Defuncto herode: ecce angel9 dn̄i apparuit in somnis ioseph i egypto dice͂s. Surge et accipe pueru͂ et matre͂ ei9: et vade in terra͂ isrl. Defuncti sunt eni͂: q̄ querebant aiam pueri. Qui co͂surge͂s accepit pueru͂ et matre͂ eius: et venit in terra͂ israel. Audie͂s aute͂ q͂ archelaus regnaret in iudea pro herode patre suo: timuit illo ire. Et admonitus in somnis: secessit in partes galilee. Et venie͂s habitauit in ciuitate q̄ vocat nazareth vt adimpleretur quod dictum est per prophetas: quonia͂ nazaren9 vocabitur. Offer. Deus enim firmauit. vt in die natiuitatis dn̄i in aurora. Secreta.

Tribue q̄s dn̄e vt eu͂ p̄sentib9 immolem9 sacrificiis et sumamus: que͂ ve͂ture sole͂nitatis pia munera p̄loquu͂tur dn̄m nr̄m iesum xp̄m filiu͂ tuum Qui. De scto͂ thoma secreta. Salutaris host. ¶ Alia secreta de sancto edwardo.

Sacris altaribus assistentes nos dñe quesumus spiritussancti luce perfunde: vt qđ tibi in honore beati regis edwardi deuote offerim⁹/ nobis ipso interueniente fiat remedium salutare. Per. in vnitate eiusdē. Prefatio quotidiana. Coīo. Tolle puerum. Require in sexta die a natiuitate dñi. Postcōio.

Da nobis quesum⁹ dñe digne celebrare mysteriū/ quod in nostri saluatoris infantia/ miraculis coruscantibus declaratur: ꝛ corporalibus incremētis manifesta designatur humanitas Per eundē. De sancto thoma postcōio. Adiuuet. Alia postcōio de sctō edwardo

Vitali alimonie cōuiuio saginati quesumus domine deus noster vt beati regis edwardi cōfessoris tui suffragantibus meritis: celestis cōuiuij mereamur esse pticipes. Per. ¶ In nocte epy. post. ix. R̷. cātetur hoc euāge. Dñs vobiscū. Et cū spū. Sequētia sancti euāgelij secundum lucā. Gloria tibi dñe. iij.

Factū est aūt cū baptizaretur omnis populus ꝛ iesu baptizato ꝛ orāte apertū est celū: ꝛ descēdit spūssanctus corporali specie sicut colūba in ipsum / et vox de celo facta est. Tu es fili⁹ meus dilect⁹: in te ꝯplacuit mihi. Et ipse iesus erat incipiēs quasi annorū triginta: vt putabatur filius ioseph. Qui fuit hely: qui fuit mathat: q̄ fuit leui. Qui fuit melchi: qui fuit iāne: q̄ fuit ioseph. Qui fuit mathathie: qui fuit amos: qui fuit naum: q̄ fuit hely: qui fuit nagge: qui fuit naath. Qui fuit mathathie: qui fuit semei: q̄ fuit ioseph. Qui fuit iuda: qui fuit iohāna: qui fuit resa Qui fuit zorobabel: q̄ fuit salatyel: qui fuit neri: qui fuit melchi: qui fuit addi: qui fuit chosan: qui fuit helmadā: qui fuit her: qui fuit iesu: qui fuit heliezer: q̄ fuit iorim: qui fuit mathat. Qui fuit leui: q̄ fuit symeon: q̄ fuit iuda. Qui fuit ioseph: qui fuit iona: q̄ fuit heliachim Qui fuit melcha: qui fuit menna: qui fuit mathata: qui fuit nathā: qui fuit dauid qui fuit iesse: qui fuit obeth: qui fuit booz qui fuit salmō. Qui fuit naason: qui fuit aminadab: qui fuit arā. Qui fuit esron: q̄ fuit phares: qui fuit iude. Qui fuit iacob: qui fuit ysaac: q̄ fuit abrahe. Qui fuit thare. Qui fuit nachor: qui fuit saruch Qui fuit ragau: qui fuit phalech: qui fuit heber: qui fuit sale: qui fuit caynā Qui fuit arphaxat. Qui fuit sem: qui fuit noe q̄ fuit lamech: q̄ fuit mathusalē. Qui fuit enoch: q̄ fuit iareth. Qui fuit malaleel: q̄ fuit caynā. Qui fuit enos: q̄ fuit seth: q̄ fuit adā. Qui fuit dei. Jesus aūt plen⁹ spū sctō/ egressus est a iordane. Finito euāgel. icipiat sacer. i cappa serica. Te deū.



¶ In die epyphanie. Ad missam. Offiti



Ecce aduenit dominator dñs: et regnum in manu eius/ et potestas et imperiū. P̷s. Deus iudicium tuum regi da: ꝛ iustitiā tuam filio regis. Ecce. Gloria Ecce aduenit. Kyrie fons. Oratio.

Deus q̄ hodierna die vnigenitū tuū gentib⁹ stella duce reuelasti

concede propitius: vt qui iam ex fide cognouimus: vsq₃ ad contẽplãdã speciem tue celsitudinis perducamur. Per dominum nostrũ. Lectio esaie pphete. lx.

Surge illuminare hierusalẽ: quia venit lumẽ tuũ: et gloria dñi super te orta est. Quia ecce tenebre operient terrã: et caligo populos. Sup te autẽ orietur dñs: ⁊ gloria eius in te videbitur. Et ambulabũt gẽtes in lumine tuo: ⁊ reges in splendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos et vide: oẽs isti cõgregati sunt/ venerũt tibi. Filij tui de longe veniẽt: et filie tue de latere surgẽt. Tũc videbis ⁊ afflues/ ⁊ mirabitur ⁊ dilatabitur cor tuũ: qñ cõuersa fuerit ad te multitudo maris/ fortitudo gentiũ venerit tibi. Inũdatio camelorũ operiet te: dromedarij madiã ⁊ effa. Oẽs de saba venient: aurũ et thus deferẽtes: ⁊ laudẽ dño annũciãtes. Gr. Oẽs de saba veniẽt aurũ et thus deferẽtes: ⁊ laudẽ dño annũciantes. ℣. Surge et illuminare hierlm qa gl'ia dñi super te orta est. Allã. ℣. Uidim⁹ stellã ei⁹ in oriẽte: ⁊ venim⁹ cũ mũerib⁹ adorare dñm. Seqñ.

Epyphaniã dño canam⁹ gloriosã. Qua prolẽ dei vere magi adorãt Immensam caldei/ cuius perseq₃ venerant potentiã. Quẽ cuncti prophete precinere venturũ gẽtes ad saluãdas. Cuius maiestas ita est inclinata: vt assumeret serui formã. Ante secula q̇ deus ⁊ tẽpora homo factus est ex maria. Sequẽs ℣⁹. dicit ter. Balam de quo vaticinãs exibit ex iacob rutulãs inquit stella. Et cõfringet ducũ agmina regiõis moab maxima potẽtia. Huic magi munera deferũt preclara: aurũ simul thus et myrrã. Thure deũ predicãt/ auro regẽ magnũ: hominẽ mortalẽ myrra. In somnis hos monet angelus ne redeãt ad regẽ cõmotũ propter regna. Pauebat enim nimiũ regẽ natum/ verẽs amittere regni iura. Magi sibi stella micãte preuia. Pergũt alacres itinera patriam. Quẽ eos ducebat ad propriã linquẽtes herodis mãdata. Qui percussus corde nimium pre ira Extemplo mandat infantulos per cũcta Inquiri bethleem cõfinia: ⁊ mox priuari eos vita. Omnis nũc caterua tinnulũ iũgat laudibus organi neuma. Mystice offerẽs regi regũ christo munera pciosa Poscẽs vt per orbẽ regna oĩa ptegat in secula sempiterna. Scdm matheum .ij.

Cum nat⁹ esset iesus in bethleem iude in diebus herodis regis: ecce magi ab oriente venerũt hierosolymã dicẽtes. Ubi est qui nat⁹ est rex iudeorũ. Uidim⁹ enim stellã eius in oriente: ⁊ venimus adorare eũ. Audiẽs aũt herodes rex turbatus est: ⁊ omnis hierosolyma cũ eo. Et cõgregãs oẽs principes sacerdotũ ⁊ scribas populi: sciscitabat̃ ab eis vbi christ⁹ nasceret̃. At illi dixerũt ei. In bethleem iude. Sic enim scriptũ est per pphetã. Et tu bethleem terra iuda: nequaq̃ minima es in principib⁹ iuda. Ex te enim exiet dux: q̇ regat populũ meũ israel. Tũc herodes clã vocatis magis: diligẽter didicit ab eis tẽpus stelle q̃ apparuit eis. Et mittẽs eos in bethleem: dixit. Ite et interrogate diligẽter de puero: ⁊ cũ inueneritis renũciate mihi: vt ⁊ ego veniẽs adorẽ eũ. Qui cum audissent regẽ abierũt. Et ecce stella quã viderãt in oriente antecedebat eos/ vsq₃ dũ veniens staret supra vbi erat puer. Uidẽtes autẽ stellam/ gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domũ: inuenerunt puerũ cũ maria matre eius. Et procidẽtes adorauerunt eũ. Et apertis thesauris suis obtulerũt ei munera/ aurũ/ th⁹ ⁊ myrrhã. Et responso accepto in somnis ne redirẽt ad herodẽ: per aliã viã reuersi sunt in regiõem suã. Offr. Reges tharsis ⁊ insule munera offerẽt reges arabũ et saba dona adducẽt: et adorabũt eũ omnes reges terre: omnes gentes seruient ei. Secreta.

Ecclesie tue q̃sumus dñe dona propitius intuere: qbus nõ iam aurũ thus ⁊ myrrha profertur: sed quod eisdẽ muneribus declarat̃/ immolat̃: et sumitur/ iesus christus dñs noster. Qui tecũ viuit. Prefatio. Quia cum vnigenitus Hec prefatio dicitur per totas octa. et in octauis. et Communicantes. similiter.

Communio. Vidimus stellã eius in oriẽte et venim⁹ cũ muneribus adorare dñm. Postcõ.

Presta q̃s oĩpotens de⁹: vt que solẽni celebram⁹ officio: purificate mẽtis intelligẽtia cõsequamur. Per do. Quotidie infra oct. dr̃ eadẽ mis. sed sine sequen. et Credo. tñ in dñica dr̃ Credo. sed nulla sequẽ. ¶ Dñica infra octa. ad mis. dr̃ cãtus sup Kyrie. Glia in ex. Sãctus. et Agn⁹. p ordinẽ sicut infra oct. cu reg. cho. habet. cetera sicut in die pter sequẽ. cũ hoc euãgel. Secũdũ iohannẽ. i.



In illo tpe. Uidit iohãnes iesum venientẽ ad se: et ait. Ecce agn⁹ dei: ecce q̃ tollit peccata mũdi. Hic est de quo dixi. Post me venit vir q̃ ãte me fact⁹ est: quia prior me erat. Et ego nesciebã eũ. Sed vt manifestet in israel: ppterea veni ego in aqua baptizans. Et testimoniũ phibuit iohãnes dicẽs. Quia vidi spũm descendẽtẽ quasi colũbã de celo/ et mansit sup eũ: et ego nesciebã eum. Sed q̃ misit me baptizare i aqua: ille mihi dixit. Sup quẽ videris spũm descẽdẽtẽ et manẽtẽ sup eũ: hic est qui baptizat in spiritu scõ. Et ego vidi: et testimoniũ phibui: quia hic est filius dei. Quod si do. infra oct. nõ euene. tũc in. iiij. feria infra octa. legat hoc pdictũ euangel. ¶ Tercia die infra octa. fiat mẽo. de martyribus luciano/ sociisq̃ eis: cũ oratiõe de cõmuni plurimoꝝ martyrũ. ¶ In octaua epypha. Officiũ. Ecce aduenit. Oratio.

Deus cuius vnigenitus in substãtia carnis nostre apparuit: pstã q̃s vt per eũ quẽ similẽ nobis foris agnouim⁹ intus reformari mereamur. Qui te. Mẽo. de sancto hylario cõfes. Oratio

Adesto dñe supplicationib⁹ nris: vt intercessione beati hylarij cõfessoris tui atq̃ põtificis: cui⁹ depositionem celebram⁹: perpetuã nobis misericordiã benignus impẽde. Per do. Mẽo. de sancta maria. Oro. Deus qui salutis eterne. Lectio esaye prophete. xij.

Domine deus me⁹ honorificabo te: laudẽ tribuam nomini tuo: q̃ facis mirabiles res. Consiliũ tuum antiquũ verũ fiat. Dñe excelsum est brachiũ tuũ/ deus sabaoth: corona spei que ornata est gloria. Exultet desertum/ et exultẽt solitudines iordanis: et populus meus videbit altitudinẽ dñi et maiestatem dei: et erit ꝯgregatus et redẽptus per deum. Et veniet in syon cũ gaudio et letitia sempiterna sup caput ei⁹ laus et exultatio. Et aperiã in mõtibus flumina: in medijs cãpis fontes dirũpã: et terrã sitiẽtẽ sine aqua infundã. Ecce puer meus exaltabit et eleuabitur: et sublimis erit valde. Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris: et dicetis in illa die / cõfitemini dño et inuocate nomẽ ei⁹. Notas facite in populis virtutes eius / cantate domino quia mirabilia fecit. Annunciate hoc in vniuersa terra. Dicit domin⁹ omnipotẽs. Gr. Omnes de saba. Alla. ỽ. Uidimus stellam. Non dicit sequẽtia licet dominica fuerit. ¶ Secundũ matheũ. iij.

In illo tpe. Uenit iesus a galilea in iordanẽ ad iohannẽ: vt baptizaretur ab eo. Johãnes aũt prohibebat eũ dicẽs. Ego a te debeo baptyzari/ et tu venis ad me. Respõdẽs autẽ iesus dixit ei. Sine modo: sic enim decet nos implere oẽm iustitiã. Tũc dimisit eũ. Baptizat⁹ aũt iesus: cõfestim ascendit de aqua. Et ecce aperti sunt ei celi: et vidit spiritũ dei descendentẽ sicut colũbã/ et venientẽ super se. Et ecce vox de celis dicẽs. Hic est filius meus dilect⁹: in quo mihi bene cõplacui. Offr. Reges tharsis. Secreta.

Hostias tibi dñe p nati filij tui apparitione deferimus suppliciter exorãtes: vt sicut idem nostroꝝ auctor est munerũ/ ita ipse sit misericors et susceptor iesus xp̃s dñs nr. Qui. Alia secr.

Sancti hylarij precib⁹ tibi dñe q̃s grata reddatur oblatio pro cui⁹ est depositiõe imolãda. Per. Prefa. Or

cũ unigenit⁹. ⁊ Cõmunicãtes. ut in die. Cõio. Vidimus stellam. Postcõmunio.

Celesti nos q̃s dñe lumine semper ⁊ ubiq; preueni: ut mysteriũ cui⁹ nos participes esse voluisti / et puro cernamus intuitu: ⁊ digno percipiamus effectu. Per dñm nostrũ. Alia postcõio.

Sumptũ dñe pignus redẽptionis eterne / sit nobis quesum⁹ interueniente beato hylario ꝯfessore tuo atq; põtifice: vite p̃sentis auxiliũ pariter ⁊ future. Per. Dñica .i. post oct. epy. offi.

In excelso throno vidi sedere virũ quem adorat multitudo angelorum / psallentes in vnũ: ecce cu ius imperij nomẽ est in eternum. ps. Jubilate deo omnis terra: seruite domino in letitia. Oõ.

Uota quesum⁹ dñe supplicantis populi ⁊ celesti pietate prosequere: ut que agenda sunt videant: et adimplenda que viderint conualescant. Per dñm nostrum. Epl'a. Ad romanos .xij.

Fratres. Obsecro vos per misericordiã dei: ut exhibeatis corpora vestra hostiã viuẽtẽ / sanctã: deo placentem / rationabile obsequiũ vestrũ. Et nolite confirmari huic seculo: sed reformamini in nouitate sensus vestri. Ut probetis q̃ sit volũtas dei bona ⁊ beneplacẽs / ⁊ perfecta. Dico enim vobis per grãm q̃ data est mihi / oĩbus q̃ sunt inter vos / nõ plus sapere q̃ oportet sapere: sed sapere ad sobrietatẽ. Et vnicuiq; / sicut deus diuisit mensurã fidei. Sicut enim in vno corpore multa mẽbra habem⁹ (oĩa autẽ mẽbra nõ eundẽ actũ habẽt) ita multi vnũ corpus sum⁹ in xp̃o. Singuli aũt: alter alterius mẽbra. In christo iesu dño nostro. Gr'. Benedictus dñs deus israel q̃ facis mirabilia magna solus a seculo. V. Suscipiãt mõtes pacẽ populo tuo: ⁊ colles iustitiã. All'a. V. Jubilate deo oĩs terra: seruite dño in letitia. Nulla die do. per annũ b; seq̃n. ad missam q̃n de dñica agi'r: nisi in aduẽtu ⁊ in tp̃e pasch. ⁊ nisi in dñica infra ebdomadã natiuit. dñi. Scd̃m Lucam. ii.



Cum factus esset ies⁹ annorũ duodecim: ascendentibus illis hierosolymã scd̃m ꝯsuetudinẽ diei festi. Cõsummatisq; diebus cu; rediret remãsit puer ies⁹ in hierusalẽ: ⁊ non cognouerũt parẽtes eius. Existimantes aũt illũ esse in comitatu: venerũt iter diei: ⁊ requirebant eũ inter cognatos ⁊ notos. Et nõ inuenientes / regressi sunt in hirl'm requirẽtes eũ. Et factũ est post triduũ inuenerũt illũ in tẽplo sedẽtẽ in medio doctor: audiẽtẽ illos ⁊ interrogãtẽ. Stupebãt aũt oẽs q̃ eũ audiebãt / sup prudẽtia ⁊ respõsis ei⁹. Et vidẽtes admirati sunt. Et dixit mater eius ad illũ. Fili / q̃d fecisti nobis sic. Ecce p̃r tuus ⁊ ego / dolẽtes q̃rebam⁹ te Et ait ad illos. Quid est q̃ me q̃rebatis Nesciebatis q̃a in his q̃ p̃ris mei sunt / oportet me esse. Et ipsi nõ intellexerunt verbũ: q̃d locut⁹ est ad illos. Et descẽdit cũ eis ⁊ venit nazareth: ⁊ erat subditus illis Et mater ei⁹ ꝯseruabat oĩa v̈ba hec cõferẽs in corde suo. Et iesus p̃ficiebat sapiẽtia / etate / ⁊ grã apud deũ ⁊ hoĩes. Offr'. Jubilate deo oĩs terra / iubilate deo oĩs terra: seruite dño in letitia: intrate in cõspectu eius in exultatiõe q̃a dñs ipse est de⁹. Sec.

Oblatũ tibi dñe sacrificiu; viuificet nos q̃sum⁹ semp / ⁊ muniat. Per. Cõio. Fili quid fecisti nobis sic: ego ⁊ pater tuus dolentes querebamus te: ⁊ quid est q̃ me querebatis / nesciebatis quia in his que patris mei sunt oportet me esse. Postcõmunio.

Tua nos dñe sctã libantes: ⁊ perfecte capiamus purgatiõis effectũ: et ꝯtinuũ diuine defensiõis auxiliũ. Per d. Si tp̃s adeo breue fuerit ab oct. eppypha. vsq; ad lxx. q̃ tres misse dñicales / sc; In excelso throno. Oĩs terra. et Adorate. nõ possint singule i singulis cãtari ebdo. tunc due vel tres misse si tp̃is breuitas expetierit: in vna cadẽq; ebdo.

cantãtur. Et si aliqđ fes.iij.lc.ibidē conti
gerit:totū fiat seruí.de festo vsqȝ ad mis.
et tūt ad illā mis.q̄ erit de dñica:fiat secū
da orō de ipo fes.tertia de.s.maria quar
ta de oībus sctis/quita pro vniuersali ec
clesia. Cetere vō misse q̄ sequūt eo anno
oīno ptermittãtur. Hoc etiā vn̄ obseruet
φ nūq̄ an̄ primā do. post oct. epypha. cã=
tet mis. **In excelso throno.** nisi qn̄ nulla
dñica inter oct.epy.et.lxx. cōtigerit tūc
eñ in ferijs primo loco post oct. epy.cã=
tet:et due mis.scȝ **Ōis terra.** et **Adorate**
in ferijs sequētibus eiusdē ebdo.cantet:
⁊ tūc nihil fiat de fes.iij.lc.q̄ ibidē contin
gere possunt. Cū autē prolixū tps fuerit
officiū. **Adorate.** per tres dñicas cantet
Si vō tres fuerint dñice inter oct. epy.
et.lxx. itaφ tria officia p̄dicta cantent:
tūc in ferijs post tertiā do.si vacauerint
dñr epke ⁊ euāg.de quarta ⁊ quinta do.
in missis de die. ¶ Fer.iiij. Ad roma. x.

FRatres. Voluntas quidē cordis
mei:et obsecratio ad deū fit pro il
lis in salutē. Testimoniū enim perhibeo
illis φ emulationē dei habēt:sed nō secū
dū scientiam. Ignorantes enim dei iu=
stitiā:et suam querentes statuere: iusti=
tie dei nō sunt subiecti. Finis enim legis
christus:ad iustitiam omni credenti.

¶ Euangeliū. Secundū matheum. iiij.

IN illo tēpore. Cū audisset iesus φ
iohannes traditus esset secessit in
galileā. Et relicta ciuitate nazareth:ve=
nit ⁊ habitauit in capharnaū maritima
in finibꝰ zabulon ⁊ neptalim:vt adimple
retur qđ dictū est per esayā pphetā Ter
ra zabulō et terra neptalim:via maris/
trās iordanē galilee gentiū Pplus q̄ am
bulabat in tenebris:vidit lucē magnam
Et sedētibꝰ in regiōe vmbre mortis lux
orta est eis. Et exinde cepit iesꝰ p̄dicare
⁊ dicere. Penitētiā agite appropiquabit
eñ regnū celoꝝ. ¶ Fer.vj. Ad rom.xiij.

FRatres. Ōis aīa potestatibꝰ sub=
limioribꝰ subdita sit:non est enim
potestas nisi a deo. Que autē sunt:a deo
ordinata sunt. Itaqȝ qui resistit potesta
ti:dei ordinatiōi resistit. Qui aūt resistit
ipse sibi dānationē acquirit. Nam princi
pes q̄ principãtur/nō sunt timori boni o=
peris:sed mali. Vis eñ non timere pote
statē. Fac bonū:et habebis laudē ex illa.
Dei enim minister est tibi in bonum. Si
autē male egeris:time. Non enim sine
causa gladium portat. Dei enim mini=
ster est vindex in iram ei:qui male agit.
Ideoqȝ necessitate subditi estote nō solū
propter iram:sed etiam propter cōscien
tiam. Ideo eñ et tributa prestatis. Mi
nistri enim dei sunt:in hoc ipsum serui=
entes. Euangeliū. Secundū Lucā. iiij.

IN illo tēpore. Egressus est iesus
in virtute spiritꝰ in galileam:⁊ fa
ma exijt per vniuersam regionē de illo.
Et ipse docebat in synagogis eorū:⁊ ma
gnificabat ab oībus. Et venit nazareth
vbi erat nutritus:⁊ intrauit secundum
consuetudinē suā die sabbati in synago=
gā:et surrexit legere. Et traditus est il=
li liber esaie prophete. Et vt reuoluit li=
brum:inuenit locū vbi scriptū erat. Spi
ritus dñi super me:propter quod vnxit
me:euangelizare pauperibꝰ misit me:⁊
sanare contritos corde. Predicare capti
uis remissionē/⁊ cecis visum:dimittere
cōfractos in remissionem:predicare an=
nū dñi acceptū/et diem retributionis.
Et cū plicuisset librū:reddidit ministro:
et sedit:et oīm in synagoga oculi erāt in=
tēdentes in eū. Cepit aūt dicere ad illos
q̄a hodie impleta est hec scriptura in au=
ribus vestris. Et omnes testimoniū illi=
dabant:⁊ mirabantur in verbis gratie/
que procedebant de ore ipsius. ¶ Domi
nica.ij.post.octa. epyphanie. Officium.



OMnis terra adoret te deꝰ
et psallat tibi: psalmū di=
cat nomini tuo altissime.
Ps. Iubilate deo omnis ter=
ra/psalmum dicite nomini e=
ius:date gloriā laudi eiꝰ. Orō

OMnipotēs sempiterne deus q̄ cele
stia simul et terrena moderaris/
supplicatiōes populi tui clementer exau
di ⁊ pacem tuam nostris concede tempo
ribus. Per dominum. Ad romanos. xij

FRatres. Habētes donatiōes: secūdū gratiā q̄ data est nobis differētes. Siue prophetiā secundū rationē fidei: siue ministeriū in ministrādo siue q̄ docet i doctrina. Qui exhortat in exhortādo: q̄ tribuit in simplicitate q̄ pest in solicitudine/ qui miseret i hylaritate. Dilectio sine simulatiōe. Odiētes malū: adherētes bono. Charitatē fraternitatis: inuicē diligētes. Honore inuicē preuenientes. Sollicitudine nō pigri. Spū feruētes: dño seruiētes Spe gaudētes: in tribulatiōe patiētes. Orationi instātes: necessitatibus sctōrū cōmunicātes. Hospitalitatē sectātes. Bñdicite psequētibus vos: bñdicite et nolite maledicere. Gaudete cū gaudētibus: flete cū flētibus. Id ipsum inuicē sentiētes. Non alta sapientes: sed humilib⁹ cōsentiētes. Gr. Misit dominus verbum suū et sanauit eos: et eripuit eos de interitu eorū. V. Confiteantur domino misericordie eius et mirabilia ei⁹ in filijs hoim Alla. V. Laudate deū oēs angeli eius: laudate eū oēs virtutes eius. Scdm iohānē. ij.



IN illo tpe. Nuptie facte sūt in chana galilee: et erat mater iesu ibi. Vocat⁹ est aūt ies⁹: et discipuli eius ad nuptias. Et deficiēte vino: dixit mater iesu ad eum. Vinū non habēt Et dicit ei iesus Quid mihi et tibi est mulier. Nondū venit hora mea. Dicit mr̄ iesu ministris. Q̄cūq̄ dixerit vobis facite. Erāt aūt ibi lapidee hydrie sex posite scdm purificationē iudeorū: capiētes singule metretas binas vel ternas. Dixit eis iesus. Implete hydrias aqua. Et impleuerūt eas: vsq̄ ad sūmū. Et dixit eis iesus. Haurite nūc: et ferte architriclino. Et tulerūt. Vt aūt gustauit architriclin⁹ aquā vinū factū: et nō sciebat vnde esset (ministri autē sciebāt q̄ hauserant aquā) vocat spōsum architriclinus et dicit ei. Omnis homo primū bonū vinū ponit. Et cū inebriati fuerint: tunc id qđ deterius est. Tu aūt seruasti vinū bonū: vsq̄ adhuc. Hoc fecit initiū signorū iesus in chana galilee/ et manifestauit gloriā suā. Et crediderūt in eū: discipuli ei⁹ Offr. Iubilate deo vniuersa terra: iubilate deo vniuersa terra: psalmū dicite noi eius venite ꝛ audite et narrabo vobis oēs q̄ timetis deū quāta fecit dñs anime mee alleluya. Secreta

VT tibi dñe grata sint munera populi tui supplicātis ab oībꝫ q̄s eū cōtagiōe puersitatis emūda. p. Cō. Dicit dñs iplete hydrias aqua ꝛ ferte architriclino dū gustasset architriclin⁹ aquā vinū factū: dicit spōso: seruasti bonū vinū vsq̄ adhuc/ hoc signū fecit iesus primū corā discipulis suis. Postcō.

AVgeatur in nobis dñe q̄s tue virtutis operatio: vt diuinis vegetatis sacramētis: ad eorū pmissa capiēda tuo semper munere preparemur. Per.

¶ Feria quarta. Ad timotheum. i.

CHarissime. Fidelis sermo et oīni acceptiōe dign⁹. Quia xp̄s iesus venit in hūc mūdū pctōres saluos facere quorū primus ego sum. Sed ideo misericordiā cōsecutus sum: vt in me primū ostēderet christ⁹ iesus oēm patiētiā ad informationē eorū q̄ credituri sunt illi in vitā eternā. Regi aūt seculorū immortali inuisibili soli deo honor et gloria: in secula seculorū amē. Secundū marcū. vj.

IN illo tpe. Egressus iesus abijt in patriā suā: ꝛ sequebātur illū discipuli sui Et facto sabbato: cepit in synagogis docere Et multi audiētes: admirabātur i doctrina ei⁹ dicētes. Unde huic hec oia. Et q̄ est sapiētia q̄ data est illi/ et virtutes tales: q̄ per manus ei⁹ efficiūtur. Nōne iste est fabri filius et marie/ frater iacobi/ ꝛ ioseph/ ꝛ iude/ ꝛ symonis. Nōne ꝛ sorores ei⁹ hic nobiscū sūt. Et scādalizabant in illo. Et dicebat eis ies⁹ Quia nō est propheta sine honore: nisi in patria sua/ et in cognatiōe sua/ et in domo sua. Et nō poterat ibi virtutē vllā facere: nisi paucos infirmos impositis manibus curauit. Et mirabatur: propter incre-

dulitatē eorū. Fer. vj. ad Roma. xiiij.

Fratres. Scio et cōfido in dño iesu: qȝ nichil cōmune per ipsū: nisi ei q̄ existimat qd cōmune esse / illi ꝯmune est. Si eni propter cibū frater tuus scandalizat̄ aut ꝯtristat̄: iā nō scḋm charitatē ambulas. Noli cibo tuo illū pdere: pro quo xp̄s mortuus est. Nō blasphemet̄ ergo bonū nr̄m. Non est eni regnū dei esca et potus: sed iustitia ⁊ pax ⁊ gaudium in spū sctō. Qui eni in hoc seruit xp̄o / placet deo: ⁊ pbatus est hoībus. Itaqȝ q̄ pacis sunt sectemur: ⁊ q̄ edificatiōis sūt inuicē custodiam⁹. Nolite pp̄ter escā: destruere op⁹ dei. Oīa qdā mūda sunt: sed malū est hoi q̄ per offendiculū māducat. Bonū est nō māducare carnē / ⁊ nō bibere vinū neqȝ in quo frater tuus offendit̄: aut scādalizat̄ / aut infirmat̄ Tu fidē quā habes penes temetipsū: habe corā deo. Btūs q̄ nō iudicat semetipsū: in eo qd pbat. Qui aūt discernit si māducauerit damnatus est: qȝ nō est ex fide. Omne aūt qd nō est ex fide: peccatū est. Secundū Lucā. iiij.

In illo tpe Descēdit iesus i capharnaū ciuitatē galilee: ibiqȝ docebat sabbatis. Et stupebāt in doctrina eius: quia in potestate erat sermo ipsius Et in synagoga erat homo habēs demonium immundū: et clamauit voce magna: dicēs. Sine. Quid nobis et tibi iesu nazarene. Venisti pdere nos. Scio te qȝ sis sctūs dei. Et increpauit illū iesus dicens Obmutesce ⁊ exi ab illo. Et cū proiecisset illud demoniū in mediū exiuit ab illo: nihilqȝ eū nocuit. Et fact⁹ est pauor in omnibus: et colloquebant̄ ad inuicē dicētes Quid est hoc verbū / quia in potestate et virtute imperat spiritibus immundis et exeunt. Et diuulgabatur fama de illo / in oēm locū regionis. Dñica tertia post octauas. Epyphanie. Officium.



Adorate deū omnes angeli eius: audiuit ⁊ leta ta est syon: et exultauerunt filie iude. ps. Dñs regnauit exultet terra: letentur insule multe. Oro.

Omnīps sempiterne de⁹: infirmitatē nostrā propiti⁹ respice atqȝ ad protegendū nos: dexterā tue maiestatis extende. Per dñm no. Ad romanos. xij.

Fratres. Nolite esse prudētes apud vosmetipsos nulli malū pro malo reddentes. Prouidētes bonū non tantū corā deo: sed etiā corā oībus hoīb⁹ Si fieri potest qd ex vobis est: cū oībus hoībus pacē habentes. Nō vosmetipsos defendētes charissimi: sed date locū ire. Scriptū est enim. Mihi vindictā et ego retribuā dicit dñs. Sed si esurierit inimicus tuus: ciba illū. Si sitit potū da illi Hoc eni faciēs carbones ignis cōgreges super caput eius. Noli vinci a malo: sed vince in bono malū. Gr. Timebūt gētes nomen tuū dñe: ⁊ oēs reges terre gloriā tuā. V. Quoniā edificauit dñs syon: et videbit̄ in maiestate sua. Alla. V. Dñs regnauit exultet terra: letētur insule multe. Scḋm matheū. viij.



In illo tpe. Cū descēdisset Jesus de mōte secute sūt eū turbe multe. Et ecce lepros⁹ veniēs: adorabat eum dicēs. Dñe / si vis: potes me mūdare. Et extēdēs ies⁹ manū tetigit eū dicēs. Uolo mūdare. Et ꝯfestī mūdata est lepra ei⁹ Et ait illi ies⁹. Vide nemini dixeris: sed vade ⁊ ostēde te sacerdoti et offer mun⁹ tuū qd p̄cepit moyses in testimoniū illis Cū autē introisset capharnaū accessit ad eū cēturio rogās eū / et dicēs. Dñe: puer meus iacet in domo paraliticus: et male torquet̄. Et ait illi iesus. Ego veniā: et curabo eū. Et respōdēs cēturio: ait. Dñe nō sū dignus vt intres sub tectū meū: sed tm̄ dic verbo / ⁊ sanabit̄ puer me⁹. Nā ⁊ ego homo sū sub potestate ꝯstitutus: habēs sub me milites. Et dico huic vade: ⁊ vadit. Et alio veni ⁊ venit Et seruo meo fac hoc: et facit. Audiēs aūt iesus / miratus est: ⁊ sequētib⁹ se / dixit. Amē dico vo

bis: nõ inueni tãtã fidẽ in israel. Dico aũt vobis: q multi ab oriẽte & occidẽte venient: & recũbẽt cũ abrahã / ysaac / & iacob / i regno celorũ. Filij aũt regni: eijcientur in tenebras exteriores. Ibi erit flet⁹ & stridor dentiũ. Et dixit iesus cẽturioni. Uade / et sicut credidisti: fiat tibi. Et sanat⁹ est puer in illa hora. Offr. Dextera dñi fecit virtutẽ: dextera dñi exaltauit me: nõ moriar sed viuã & narrabo opera dñi. Secreta.

Ute perpetue mysteria venerãda recolim⁹ te dñe deprecãtes: vt et deuotis eadẽ sacrificijs / et dignis operib⁹ assequamur. Per. Cõ. Mirabãtur oẽs de his q̃ procedebant de ore dei. Postc.

Quos tãtis dñe largiris vti mysterijs: presta quesumus: vt effectibus eor veraciter aptari digneris. Per dñm no. ¶ Feria. iiij. Ad romanos. xv.

Fratres. Obsecro vos per dñm nr̃m iesũ christũ: et p charitatẽ spiritusscti: vt adiuuetis me in orõnibus ad deũ: vt liberet ab infidelibus q̃ sunt in iudea / et obsequij mei oblatio accepta sit in hierosolima sanctis: vt veniã ad vos in gaudio per voluntatẽ dei / et refrigerer vobiscũ. Deus autẽ pacis: sit cũ omnib⁹ vobis amen. Secundum marcum. iij.

In illo tpe. Intrauit iesus in synagogã: & erat ibi homo habẽs manũ aridã. Et obseruabãt eũ si sabbatis curaret: vt accusarẽt illũ Et ait hoi habẽti manũ aridã. Surge in mediũ. Et dicit eis. Licet sabbatis bñfacere / an male? Animã saluã facere: an pdere? At illi tacebãt Et circũspiciẽs eos in ira: cõtristatus super cecitate cordis eor / dicit homini. Extẽde manũ tuã. Et extẽdit. Et restituta est: manus illi. ¶ Fer. vi. i. Corinth. iij.

Fratres Nescitis q̃a tẽplũ dei estis & spũs dei habitat i vobis? Si q̃s aũt tẽplũ dei violauerit: disperdet illũ de⁹ Templũ enim dei sctm̃ est: qd̃ estis vos. Nemo se seducat. Si q̃s videt inter vos sapiẽs esse in hoc seculo: stultus fiat vt sit sapiẽs. Sapiẽtia enim hui⁹ mũdi: stultitia est apud deũ. Scriptũ est eñi. Cõprehendã sapientes in astutia sua. Et iterũ.

Dñs nouit cogitatiões sapientiũ: qm̃ vane sunt. Nemo itaq₃ glorief: in hoibus. Oia eñi vr̃a sunt: siue paulus: siue apollo siue cephas / siue mũdus / siue vita / siue mors: siue pñtia / siue futura Oia eñi vr̃a sũt vos aũt xpi: xp̃s aũt dei. S. mat. iiij.

In illo tpe. Circuibat iesus totam galileã docens in synagogis eorũ et predicãs euãgeliũ regni / & sanãs oẽm languorẽ: et oẽm infirmitatẽ in populo. Et abijt opinio eius: in totã syriã. Et obtulerũt ei oẽs male habẽtes: varijs languoribus et tormentis cõprehensos: et qui demonia habebant: et lunaticos: et paraliticos / et curauit eos. Et secute sũt eũ turbe multe. ¶ Dñica. iiij. post oct. epypha. offiñ. Adorate. vrs̃. do. p̃ced. orõ

Deus qui nos in tãtis periculis cõstitutos p humana scis fragilitate nõ posse subsistere da nobis salutẽ mẽtis & corpis: vt ea q̃ p pctis nr̃is patimur te adiuuãte vincam⁹. Per. Ad rom. xiij

Fratres. Nemini quicq̃ debeatis nisi vt inuicẽ diligatis. Qui eñi diligit p̃ximũ: legẽ impleuit. Nã nõ adulterabis: nõ occides / nõ furaberis / nõ falsum testimoniũ dices / nõ cõcupisces rem proximi tui. Et si qd̃ est aliud mãdatũ: in hoc verbo instaurat. Diliges proximũ tuũ: sicut te ipsum. Dilectio p̃rimi: malũ nõ operat. Plenitudo ergo legis: est dilectio. Gr. Timebũt gẽtes. Alla. v⁹. Dñs regna. vrs̃. do. p̃ced. S. matheũ. viij



In illo tẽpore. Ascẽdẽte iesu in nauiculã / secuti sũt eũ discipuli ei⁹. Et ecce motus magn⁹ fact⁹ est in mari: ita vt nauicula operiret fluctib⁹ Erat aũt illis vẽt⁹ ɔtrari⁹. Ipse vero dormiebat Et accesserũt & suscitauerũt eũ dicẽtes Dñe salua nos: perim⁹. Et dixit eis. Quid timidi estis: modice fidei? Tũc surgẽs iperauit ventis & mari: et facta est tranquillitas

magna. Porro hoies mirati sunt: dicentes. Qualis est hic? Qz vēti & mare obediūt ei. Off. Dextera vts. do. pced. sect.

Concede q̄s oēs deus vt huius sacrificij mun⁹ oblatum/ fragilitatem nostrā ab omni malo purget semp et muniat. Per. Prefatio quotid. Cōio. Mirabātur. vt s. dñica pcedēte. Postcōio

Munera tua nos deus et a delectationibus terrenis expediant: et celestib⁹ semper instruāt alimētis. Per.

¶ Feria quarta. j. Ad Corinthios. vij.

Fratres. Bonū est homini mulierē nō tāgere. Propt̄ fornicationē aūt: vnusq̄sq3 vxorē suā habeat. Et vnaqueq3 mulier virū suū habeat. Uxori vir debitū reddat: similiter aūt et vxor viro Mulier sui corporis potestatē nō habet sed vir. Similiter aūt et vir sui corporis potestatē non habet: sed mulier. Nolite fraudare inuicē nisi forte de consensu ad tēpus vt vacetis orationi Et iterū reuertimini in idipsū / nec tētet vos sathanas ppter incōtinentiā vestrā. S. Lucā. ix.

In illo tpe. Factū est āmbulātibus discipulis in via: dixit quidā ad iesū. Sequar te quocūq3 ieris. Et ait illi ies⁹ Uulpes foueas habēt/ & volucres celi nidos: fili⁹ aūt hois nō habet vbi caput suū reclinet. Ait aūt ad alterū. Sequere me Jlle aūt dicit. Dñe / permitte me primū ire et sepelire patrē meū. Dixitq3 ei ies⁹ Sine vt mortui sepeliāt mortuos suos: tū autē vade & annūcia regnū dei. Et ait alter. Sequar te dñe: sed primū pmitte mihi renunciare his q̄ domi sunt. Et ait ad illū iesus. Nemo mittēs manū suā ad aratrū/ et aspiciēs retro: apt⁹ est regno dei. ¶ Feria. vi. Epistol. j. Corrithe. vij

Fratres. Unusquisq3 in qua vocatione vocatus est: in ea permaneat. Seruus vocatus es: non sit tibi cure Sed et si potes fieri liber: magis vtere Qui enim in dño vocatus est seruus: libertus est dñi. Similiter q̄ liber vocat⁹ est: seruus est christi. Precio empti estis nolite fieri serui hoim. Unusq̄sq3 ergo in quo vocatus est frater: in hoc permaneat apud deum. Secundum marcum. x.

In illo tpe. Offerebāt iesu paruulos: vt tāgeret illos. Discipuli autem cōminabantur offerētibus. Quos cū videret iesus: indigne tulit/ & ait illis Sinite paruulos venire ad me: & ne prohibueritis eos. Taliū est enim regnū celorū. Amen dico vobis: quisq̄s nō receperit regnū dei velut paruulus/ non intrabit in illud. Et complexans eos et imponēs manus super illos: benedicebat eos.

¶ Dñica. v. post octa. epyphanie: ad missa officiū. Adorate. vt s. dñica. iij. Oro.

Familiam tuam quesumus dñe cōtinua pietate custodi: vt que in sola spe gratie celestis innititur: tua semper ptectiōe muniatur. Per. Ad collossē. iij.

Fratres. Induite vos sicut electi dei scti et dilecti viscera mie mansuetudinē/ benignitatē/ humilitatē modestiā/ patientiā/ supportantes inuicē et donātes vobismetipsis. Si quis aduersus aliquē habet querelā: sicut et dñs donauit vobis/ ita et vos. Super hec oīa aūt charitatē habētes qd̄ est vinculū perfectionis. Et pax xp̄i exultet in cordibus vestris: in quā & vos vocati estis in vno corpore et grati estote. Verbū xp̄i habitet in vobis abūdāter in oīni sapiētia: docētes & cōmonētes vosmetipsos in psalmis/ hymnis & cāticis spiritalib⁹/ in grā cātātes/ & psallētes in cordib⁹ vr̄is deo Dñe qd̄cūq3 facitis in verbo aut in opere oia in noie dñi nr̄i iesu xp̄i facite grās agētes deo et pr̄i. Per iesum xp̄m dñm nr̄m. Gr. Timebūt gētes. Alla. ꝟ. Dñs regnauit. vt s. dñica. iij. S. matheū. xiij.



In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis parabolā hāc. Simile factū est regnū celorum homini: q̄ seminauit bonum semen in agro suo Cum autem dormirēt homies: venit inimicus eius:

et sup seminauit zizania in medio tritici et abijt Cũ autẽ creuisset herba et fructũ fecisset: tũc apparuerũt et zizania. Accedẽtes aũt serui patrisfamilias: dixerũt ei Dñe / nõne bonũ semẽ seminasti in agro tuo. Unde ergo habet zizania. Et ait illis. Inimicus homo hoc fecit. Serui autẽ dixerũt ei. Uis imus et colligimus ea Et ait. Non. Nõ forte colligẽtes zizania eradicetis simul cũ eis et triticũ. Sinite vtraqz crescere vsqz ad messẽ: et in tpe messis dicã messoribus. Colligite primũ zizania: ⁊ alligate ea in fasciculos ad cõburẽdũ. Triticũ aũt ꝯgregate in horreũ meũ. Offer. Dextera. vts. do. iij. Secr.

Suscipe q̃s dñe tuorũ oblationes precesqꝫ seruorũ: vt sub tue protectiõis auxilio: et collata nõ pereãt / ⁊ que expetũt apprehẽdãt. Per. Prefa. quoti. Cõ. Mirabantur. vts. dñica. iiij. Postcõ.

Deus qui nos sacramenti tui participatiõe cõtingis / virtutis ei⁹ effect⁹ in nostris cordib⁹ operare: vt muneri diuino qđ sumpsim⁹: per ipsũ mun⁹ aptemur. Per. ¶ Feria. iiij. j. Timo. iij.

Charissime. Obsecro primũ omniũ fieri obsecratiões: oratiões: postulatiões / gratiarũ actiões pro oĩbus hominib⁹. Pro regibus et oĩbus q̃ in sublimitate sũt ꝯstituti: vt quietã ⁊ trãquillã vitã agam⁹ in oĩni pietate ⁊ castitate. Hoc eni bonũ est: et acceptũ corã deo saluatore nostro. Qui oẽs hoies vult saluos fieri ad agnitionẽ veritatis venire. Unus enim deus: vnus et mediator dei et hominũ / homo christus iesus. Qui dedit semetipsum in redẽptionẽ pro oĩbus / cuius testimoniũ tẽporib⁹ suis cõfirmatũ est: in quo positus sum ego p̄dicator ⁊ apostolus Ueritatẽ dico ⁊ nõ mẽtior: doctor gentiũ in fide ⁊ veritate. S. matheũ. xx.

In illo tpe. Dixit ies⁹ turbis iudeorum. Homo quidã habebat filios: et ascendẽs ad primũ dixit. Fili: vade hodie operari in vineã meã. Ille aũt rñdens ait. Nolo. Postea autẽ penitẽtia motus abijt. Accedẽs aũt ad alterũ: dixit similiter. At ille rñdẽs / ait. Eo dñe Et nõ iuit Quis ex duob⁹ fecit volũtatẽ p̄ris? Dicũt. Prim⁹. Dixit illis ies⁹. Amẽ dico vobis: q̄a publicani et meretrices precedẽt vos i regno dei. Uenit eñi ad vos iohannes i via iustitie: ⁊ nõ credidistꝭ ei. Publicani aũt ⁊ meretrices: crediderũt ei Uos aũt vidẽtes: nec penitentiã habuistis: vt postea crederetis ei Qui habet aures audiẽdi audiat. ¶ Dñica in .lxx. Officiũ.



Circũdederunt me gemitus mortis: dolores inferni circũdederũt me in tribulatione mea inuocaui dñm ⁊ exaudiuit de tẽplo scõ suo vocẽ meã. P̄s Diligã te dñe fortitudo mea: dñs firmamentũ meũ et refugiũ meũ ⁊ liberator meus. Ab hac die vsqz ad vigil. pasc. nõ dr̄ Glõa i excel. neqꝫ Ite missa est. de quocũqꝫ dr̄ missa: nisi eps in cena dñi celebrauerit. Orõ.

Preces populi tui: q̃s dñe clementer exaudi: vt q̃ iuste pro peccatis nostris affligimur / pro tui nominis gloria misericorditer liberemur. Per dñm nostrũ. Epistola. j. Corinthiorum. ix.

Fratres. Nescitis q̄ hi q̃ in stadio currũt. Oẽs q̄dẽ currũt sed vnus accipit brauiũ. Sic currite: vt ꝯp̄hẽdatꝭ. Oĩs eñi q̃ in agone cõtendit: ab oĩbus se abstinet. Et illi q̄dẽ: vt corruptibilẽ coronã accipiãt: nos aũt incorruptã. Ego igitur sic curro: nõ quasi incertũ. Sic pugno nõ quasi aerẽ verberãs. Sed castigo corpus meũ ⁊ in seruitutẽ redigo: ne forte cũ alijs p̄dicauerim / ipse reprob⁹ efficiar Nolo eni vos ignorare fratres / q̃m patres nr̃i oẽs sub nube fuerũt: et oẽs mare transierũt: et oẽs in moyse baptizati sũt in nube et in mari. Et oẽs eandẽ escã spiritualẽ manducauerũt Et oẽs eundẽ potũ spiritualẽ biberũt. Bibebãt autẽ de spirituali consequẽte eos petra. Petra autẽ erat christus. Gr. Adiutor in opportunitatib⁹ in tribulatione sperẽt in te q̃ nouerit te q̃m nõ derelinq̄s q̃rẽtes te dñe. ℣. Qm̃ nõ in finẽ obliuio erit pauperis: patiẽtia pauperũ nõ peribit in eternũ: exurge dñe ne p̄ualeat hõ. Nõ repetat gr. q̃ncunqꝫ dicatur tr. vts. Tr.

De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocē meam. ℣. Fiant aures tue intendentes: in orationem serui tui. ℣. Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis sustinebit. ℣. Quia apud te propitiatio est: et propter legē tuā sustinui te dñe. ℟. mat. xx.



In illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis parabolā hāc. Simile est regnū celorū homini prīfamilias: qui exiit primo mane cōducere operarios in vineā suā. Conuētione aūt facta cū operarijs ex denario diurno: misit eos i vineā suā. Et egressus circa horā tertiā: vidit alios stātes: in foro ociosos/ et illis dixit. Ite et vos in vineā meā: et qđ iustū fuerit dabo vobis. Illi aūt abierūt. Iterū autē exijt circa sextā et nonā horā et fecit similiter. Circa vndecimā vero exijt et iuenit alios stātes: et dixit illis. Quid hic statis tota die ociosi? Dicūt ei: quia nemo nos cōduxit. Dixit illis. Ite et vos in vineā meā. Cū aūt sero factū esset/ dixit dñs vinee procuratori suo. Voca operarios et redde illis mercedē: incipiēs a nouissimis vsqȝ ad priores. Cū venissēt ergo qui circa vndecimā horā venerāt: acceperūt singulos denarios. Veniētes autē et primi: arbitrati sunt quod plus essent accepturi. Acceperūt autē et ipsi: singulos denarios. Et accipiētes murmurabāt aduersus patrēfamilias: dicētes. Hi nouissimi vna hora fecerūt: et pares illos nobis fecisti qui portauimus pondus diei et estus. At ille respondēs: vni eorū dixit. Amice: non facio tibi iniuriā. Nōne ex denario cōuenisti mecū? Tolle qđ tuū est: et vade Volo autē et huic nouissimo dare sicut et tibi. An nō licet mihi qđ volo facere? An oculus tuus neq̄ est: quia ego bonus sum Sic erūt nouissimi primi et primi nouissimi. Multi eñi sunt vocati pauci vero electi. Offer. Bonū est cōfiteri dño: et psallere nomini tuo altissime. ℣. Quā magnificata sunt opera tua dñe: nimis profunde facte sūt cogitatiōes tue ℣. Ecce inimici tui dñe peribūt et dispergētur oēs qui operant̄ iniq̄tatē. Prefa. quotid. Secre.

Muneribus nostris quesumus dñe precibusqȝ susceptis: et celestibus nos mūda mysterijs/ et clemēter exaudi. p. Cō. Illumina faciē tuā sup seruū tuū: saluū me fac i tua mia dñe nō cōfundar: quoniā inuocaui te. Postcō.

Fideles tui deus per tua dona firmētur: vt eadē et percipiēdo requirāt: et querēdo sine fine percipiāt. p d. ¶ Sciēdū est quod seruitiū huius diei nō differat̄ propter aliqđ fest. nisi cū purifi. btē marie vel dedicatio eccl'ie in hac die do. forte ꝯtige. tūc eiñ differat̄ vsqȝ ad. iiij. fer. Tr. De profundis. pretermittat̄: quoniā in fer. diebus nō dr tractus an. iiij. fer. i capite ieiunij: nisi tm̄ in missa. p defunctis: nec etiā in fes. sctōrū sine regimie cho. Quōcūqȝ vero aliud fes. in hac do. vel i aliqua do. vsqȝ ad pas. do. ꝯtigerit sp differat̄/ licet duplex fes. fuerit: et fiat seruitiū de ipsa do. nulla facta de fes. mēo. nisi sit fes. iij. lc. qđ nō differat̄: sed tunc de eo fiat mēo. vsqȝ ad. xl. tm̄. A. iiij. aūt fer. i capi. ieiu. vsqȝ in crastinū oc. pas. nihil fiat ad mis. de fes. iij. lc. nec etiā mēo ¶ Fer. iiij. ij. Corinth. iiij.

Fratres. Si opertū est euangelium nostrū in his qui pereunt: est opertū in quibus deus huius seculi excecauit mētes infideliū/ vt nō fulgeat illuminatio euāgelij glorie christi/ qui est imago dei. Nō eñi nosmetipsos predicamus: sed iesū christū dñm nostrū. Nos aūt seruos vestros per iesū quoniā deus qui dixit de tenebris lucē splēdescere/ ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationē sciētie claritatis dei in facie iesu xpi. Habemus aūt thesaurū istū abscōditū in vasis fictilibus: vt sublimitas sit virtutis dei/ et nō ex nobis. In oībus tribulationē patimur: sed non angustiamur. Aporiamur: sed nō destituimur. Persecutionē patimur: sed non derelinquimur. Humiliamur: sed nō cōfundimur. Deijcimur: sed nō perimus. Semp mortificationē iesu in corpe nr̄o circūferētes: vt et vita iesu i corporibus no

stris manifestetur. Semper enim nos qui viuimus in mortem trademur propter iesum: ut et vita iesu manifestetur in carne nostra mortali. Ergo mors in nobis operatur: vita autem in vobis. Secundum Marcum. ix.

IN illo tempore. Egressus iesus ibat per galileam: nec volebat quemquam scire. Docebat autem discipulos suos: et dicebat illis. Quoniam filius hominis tradetur in manus hominum et occident eum: et occisus tertia die resurget. At illi ignorabant verbum: et timebant eum interrogare. Et venerunt capharnaum. Qui cum domi essent interrogabat eos. Quid in via tractabatis. At illi tacebant. Siquidem inter se in via disputauerant: quis esset illorum maior. Et residens vocauit duodecim: et ait illis Si quis vult primus esse: erit omnium nouissimus et omnium minister. Et accipiens puerum statuit eum in medio eorum. Quem cum complexus esset: ait illis. Quisquis unum ex huiusmodi pueris receperit in nomine meo: me recipit. Et quicunque me susceperit: non me suscipit: sed eum qui me misit. Qui habet aures audiendi audiat. ¶ Feria. vi. Chorinthiorum. iiii.

FRatres. Habentes spiritum fidei sicut scriptum est. Credidi propter quod locutus sum: et nos credimus / propter quod et loquimur / scientes quoniam qui suscitauit iesum a mortuis / et nos cum iesu suscitabit et constituet vobiscum. Omnia enim propter vos: et gratia abundans per multos in gratiarum actione abundet in gloriam dei / propter quod non deficimus. Sed licet is qui foris est noster homo corrumpatur: tamen is qui intus est: renouatur de die in diem. Id enim quod in presenti est momentaneum / et leue tribulationis nostre supra modum in sublimitate eternum glorie pondus operatur in nobis: non contemplantibus nobis que videntur / sed que non videntur. Que enim videntur temporalia sunt: que autem non videntur eterna sunt. S. math. xii.

IN illo tempore. Dixit iesus phariseis. Qui non est mecum: contra me est. Et qui non congregat mecum: spargit. Ideo dico vobis Omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus: spiritus autem blasphemie non remittetur. Et quicunque dixerit verbum contra filium hominis: remittetur ei. Qui autem dixerit contra spiritum sanctum: non remittetur ei: neque in hoc seculo neque in futuro. Aut facite arborem bonam et fructum eius bonum: aut facite arborem malam et fructum eius malum. Si quidem ex fructu: arbor cognoscitur. Progenies viperarum quomodo potestis bona loqui: cum sitis mali. Ex abundantia enim cordis os loquitur Bonus homo de bono thesauro: profert bona Et malus homo de malo thesauro: profert mala. Dico autem vobis: quoniam omne verbum ociosum quod locuti fuerint homines: reddent rationem de eo in die iudicii. Ex verbis enim tuis iustificaberis: et ex verbis tuis condemnaberis. ¶ Dnica in sexagesima. Officium



EXurge quare obdormis domine exurge et ne repellas in finem: quare faciem tuam auertis obliuisceris tribulationem nostram adhesit in terra venter noster exurge domine adiuua nos / et libera nos. ps. Deus auribus nostris audiuimus: patres nostri annunciauerunt nobis. Oratio.

DEus qui conspicis quia ex nulla nostra actione confidimus: concede propitius. ut contra aduersa omnia doctoris gentium protectione muniamur. Per. Chorin. xi.

FRatres. Libenter suffertis insipientes: cum sitis ipsi sapientes. Sustinetis enim: si quis vos in seruitutem redigit Si quis deuorat: si quis accipit / si quis extollitur: si quis in faciem vos cedit. Secundum ignobilitatem dico: quasi nos infirmi fuerimus in hac parte. In quo quis audet (in insipientia dico) audeo et ego. Hebrei sunt et ego. Israelite sunt: et ego. Semen abrahe sunt: et ego. Ministri christi sunt: et ego. Ut minus sapiens dico: plus ego. In laboribus plurimis / in carceribus abundantius in plagis supra modum: in mortibus frequenter. A iudeis quinquies quadragenas: una minus accepi. Ter virgis cesus sum: semel lapidatus sum. Ter naufragium feci. Nocte ac die in profundum maris fui. In itineribus sepe. Periculis fluminum: periculis latronum: periculis ex genere ex periculis gentibus: periculis in ciuitate: periculis in solitudine / periculis in ma-

ri/periculis ĩ falsis fratribus. In laboꝛe et erumna: in vigilijs multis In fame ⁊ siti: in ieiunijs multis/ in frigoꝛe et nuditate. Pꝛeter illa que extrinsecus sunt: instantia mea quotidiana sollicitudo omnium ecclesiarum. Quis infirmatur: et ego non infirmoꝛ. Quis scandalizatur/ et ego non vroꝛ. Si gloꝛiari opoꝛtet: q̃ infirmitatis mee sunt gloꝛiaboꝛ. Deus et pater dñi nostri iesu chꝛisti scit qui est benedictus in secula: ꝙ nõ mẽtioꝛ. Diuisio. Damasci pꝛepositus gẽtis arethe regis custodiebat ciuitatẽ damascenoꝝ: vt me cõpꝛehenderet. Et per fenestrã in spoꝛta dimissus sum per murũ: ⁊ sic effugi manus eius. Si gloꝛiari opoꝛtet non expedit quidẽ. Veniã autẽ ad visiones: ⁊ reuelationes dñi. Scio hominẽ in chꝛisto ante ãnos quatuoꝛdecim: siue in coꝛpoꝛe/ siue extra coꝛpus nescio/ deus scit/ raptũ huiusmodi vsq᷑ ad tertiũ celũ. Et scio huiusmodi hominẽ siue in coꝛpoꝛe siue extra coꝛpus nescio/ deus scit: quoniã raptus est in paradisum/ et audiuit archana verba/ que nõ licet homini loqui. Pꝛo huiusmodi gloꝛiaboꝛ: pꝛo me aũt nihil nisi in infirmitatibus meis. Nã et si voluero gloꝛiari: nõ ero insipiẽs. Veritatẽ eñi dicã. Parco autẽ: ne q̃s me existimet supꝛa id qđ videt in me: aut audit aliq̃d ex me. Et ne magnitudo reuelationũ extollat me: datus est mihi stimulus carnis mee angelus sathane/ qui me colaphizet. Pꝛopter quod ter dñm rogaui vt discederet a me: et dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Libẽter igitur gloꝛiaboꝛ/ in infirmitatibus meis: vt inhabitet in me virtus chꝛisti. Hec epl'a tota legatur hac die tantũ quãdo vero dicit͂ per ebdo. semper incipiatur ab ista clausula. Damasci pꝛepo. Et legatur vsq᷑ ad finem. Gr. Sciant gentes quoniam nomẽ tibi dominus tu solus altissimus super omnem terram. ℣. Deus meus pone illos vt rotam et sicut stipulam ante faciem venti. Tractus.

Commouisti domine terram et conturbasti eam. ℣. Sana contritiones eius quia mota est. ℣. Vt fugiant a facie arcus: vt liberentur dilecti tui. Secundũ Lucã. viij.



In illo tpe. Cum turba plurima cõueniret et de ciuitatib⁹ pꝛoperaret ad iesum: dixit per similitudinẽ. Exijt qui seminat seminare semẽ suũ. Et dũ seminãt aliud cecidit secus viã/ et cõculcatũ est/ et volucres celi cõmederũt illud. Et aliud cecidit supꝛa petrã et natũ aruit: q̃a nõ habebat humoꝛẽ. Et aliud cecidit inter spinas: et simul exoꝛte spine suffocauerũt illđ. Et aliud cecidit ĩ terrã bonã: et oꝛtũ fecit fructũ cẽtuplũ. Hec dicẽs clamabat. Qui habet aures audiẽdi audiat. Interrogabãt aũt eũ discipuli eius que esset hec parabola. Quib⁹ ipse dixit Vobis datũ est nosse mysteriũ regni dei: ceteris autẽ in parabolis: vt vidẽtes nõ videant/ et audientes nõ intelligãt. Est autẽ hec parabola. Semen est verbũ dei Qui autẽ secus viã: hi sunt qui audiunt Deinde venit dyabolus/ et tollit verbũ de coꝛde eoꝝ: ne credentes salui fiant. Nam qui supꝛa petram: hi sunt qui cum audierint/ cum gaudio suscipiunt verbũ Et hi radices non habent: quia ad tẽpus credunt/ et in tempoꝛe tentationis recedũt. Quod autẽ in spinis cecidit hi sunt qui audierunt et a sollicitudinibus ⁊ diuitijs ⁊ voluptatib⁹ vite eũtes suffocantur/ ⁊ nõ referũt fructũ. Quod autẽ cecidit in terrã bonã: hi sunt q̇ in coꝛde bono ⁊ optimo audientes verbum retinent. Et fructum afferunt in patientia. Offꝫ. Perfice gressus meos in semitis tuis vt non moueantur vestigia mea: inclina aurem tuam et exaudi verba mea: mirifica mĩas tuas qui saluos facis sperantes in te dñe. ℣. Exaudi dñe iustitiã meã: intende depꝛecationẽ meã: auribus pcipe orationẽ meã. ℣. Custodi me dñe vt pupillã oculi: sub vmbra alarum tuarum protege me: eripe me domine ab impio. Secreta.

INtende quesumꝰ dñe hostiā fami
lie tue: vt quā sacris muneribꝰ fa-
cis esse participem: tribuas ad eius ple-
nitudinē puenire. Per dñm. Prefa. quo
tidia. Cōio. Introibo ad altare dei: ad deū
qui letificat iuuentutem meam. Postcōio

SUpplices te rogamus omnipo-
tēs deus: vt quos tuis reficis sa
cramentis / tibi etiam placitis moribus
dignāter deseruire concedas. Per dñm

Feria quarta. ij Ad corinthios. j.

FRatres. Ego testē deū inuoco in
aiam meā: q parcēs vobis nō ve-
ni vltra chorinthū. Nō qa dñamur fidei
vestre: sed adiutores sumus gaudij ve-
stri: nā fide statis. Statui aūt hoc ipsum
apud me: ne iterum in tristitia venirē ad
vos. Si eni͞m ɔtristor vos: ⁊ quis est q me
letificet / nisi q ɔtristatur ex me. Ex hoc ip-
sum scripsi vobis: vt nō cū venero tristi-
tiā sup tristitiā habeā / de quibꝰ oportet
me gaudere: ɔfidēs in oībus vobis: quia
meū gaudiū oīm vestrū est. Nā ex mul-
ta tribulatione et angustia cordis scripsi
vobis per multas lachrimas vt nō cōtri-
stemini: sed vt sciatis quā charitatē habe
am abundātiꝰ in vobis. Si qs aūt cōtri
stauit me: nō me ɔtristauit / sed ex parte
vt nō onerē oēs vos. Sufficit illi qui hu
iusmodi est obiurgatio hec q fit a pluri-
bus: ita vt ecōtrario magis donetis / et
ɔsolemini: ne forte abundātiori tristitia
absorbeat / qui huiusmodi est. Propter
qd obsecro vos: vt cōfirmetis illū in cha-
ritate. Ideo eni͞m scripsi vobis vt cognos-
cā experimētū vrm: an in oībus obedien
tes sitis. Si cui aūt aliqd donastis / ⁊ e-
go. Nā et ego qd donaui si quid donaui
ppter sermonē christi: vt nō circūuenia-
mur a sathana. Non enim ignoramus
cogitationes eius. Scdm Lucam. iij.

IN illo tpe. Cepit iesus docere ad
mare / ⁊ cōgregata est ad eū turba
multa / ita vt nauim ascendens sederet
in mari. Et oīs turba circa mare sup ter
rā erat. Et docebat illos i parabolis mul
ta: et dicebat illis in doctrina sua. Audi-
te. Ecce exijt seminās ad seminandum.
Et dū seminat / aliud cecidit circa viā: et
venerūt volucres celi: et cōmederūt illō
Aliud vero cecidit super petrosa: vbi nō
habuit terrā multā. Et statim exortū est
qm nō habebat altitudinē terre Et qn ex
ortus est sol: exestuauit: eo q nō haberet
radicē exaruit. Et aliud cecidit in spinis
et ascenderūt spine et suffocauerūt illud
et fructū nō dedit. Et aliud cecidit in ter
rā bonā: et dabat fructū ascendētē et cre-
scentem. Et afferebat: vnum triginta: ⁊
vnum sexaginta: et vnum centū. Et di-
cebat. Qui habet aures audiēdi audiat.

Feria. vi. ij. Ad corinthios v.

FRatres. Scientes timorē domi-
ni hoibus suademꝰ: deo autē ma-
nifesti sumus. Spero aūt et in consciēti
is vrīs manifestos nos esse. Nō eni iterū
nos cōmendamꝰ vobis: sed occasionē da
mus vobis gloriādi pro nobis: vt habea
tis ad eos q in facie gloriātur ⁊ nō in cor
de. Siue eni͞m mēte excedimꝰ deo / siue so
brij sumꝰ vobis. Charitas eni͞m christi vr-
get nos estimātes hoc / q si vnus pro oi-
bus mortuus est: ergo oēs mortui sunt.
Et pro oibus mortuꝰ est xp̄s: vt et q vi-
uūt iā nō sibi viuāt: sed ei q pro ipsis mor
tuꝰ est et resurrexit. Scdm Lucā xvij.

IN illo tpe. Interrogatus iesus a
phariseis: qn venit regnū dei. Re
spondit eis: et dixit. Nō veniet regnum
dei cū obseruatiōe: neqꝫ dicent / ecce hic:
aut ecce illic. Ecce enim regnū dei: intra
vos est. Et ait ad discipulos suos. Veni-
ent dies qn desideretis videre vnū diem
filij hois et nō videbitis. Et dicēt vobis
Ecce hic: et ecce illic. Nolite ire: neqꝫ se-
ctemini. Nā sicut fulgur chorusćans de
sub celo in ea q sub celo sunt fulget: ita e-
rit filius hois in die sua Primū aūt opor
tet illū multa pati et reprobari a genera
tiōe hac. Et sicut factū est in diebus noe:
ita et in diebꝰ filij hois. Edebāt / et bibe-
bant / vxores ducebāt: ⁊ dabātur ad nu-
ptias vsqꝫ in diem qua intrauit noe in ar
chā / et venit diluuiū et perdidit oēs. Si-
militer sicut factū est in diebus loth: ede
bāt et bibebāt / emebāt et vendebāt / plā-

tabant/et edificabant. Qua die aũt exiit loth a sodomis: pluit ignẽ et sulphur de celo: et oẽs perdidit. Secundũ hec erit: qua die filius hois reuelabit. In illa hora q̄ fuerit in tecto/ ⁊ vasa eius in domo nõ descendat tollere illa. Et q̄ in agro: similiter nõ redeat retro. Memores estote vxoris loth. Quicũqz q̄sierit aiam suã saluã facere: perdet illã. Et q̄cunqz pdiderit illã: viuificabit eã. Dico vobis in illa nocte erũt duo in lecto vno vn⁹ assumet ⁊ alter relinquet. Duo erũt molẽtes in vnũ: vna assumet/ ⁊ altera relinquetur. Duo in agro vn⁹ assumetur: ⁊ alter relinquetur. Respondẽtes: dicũt illi. Ubi dñe. Qui dixit eis. Ubicunqz fuerit corpus/ illuc congregabuntur et aquile.

¶ Dñica in quinquagesima. Officium.

Esto mihi in deũ protectorẽ/ ⁊ in locũ refugij vt saluũ me facias: quoniã firmamentũ meũ ⁊ refugiũ meũ es tu: et pp̄ter nomẽ tuũ dux mihi eris ⁊ enutries me. Ps. In te dñe speraui nõ cõfundar ieternũ: in iustitia tua libera me ⁊ eripe me.

Preces nostras quesumus (Oro. dñe clemẽter exaudi: atqz a peccatorum vinculis absolutos: ab omni nos aduersitate custodi. Per. Ad corin. xiij

Fratres. Si linguis hoim loquar et angelorũ: charitatẽ aũt nõ habeã/ fctũs sum velut es sonãs/ aut cymbalũ tinniẽs. Et si habuero prophetiã/ et nouerim mysteria oia/ et oẽm sciẽtiã: et si habuero omnẽ fidẽ ita vt mõtes transferã charitatẽ aũt nõ habeam nihil sum. Et si distribuero icibos pauperũ oẽs facultates meas: ⁊ si tradidero corp⁹ meũ ita vt ardeã/ charitatẽ aũt nõ habuero/ nihil prodest. Charitas patiẽs est/ benigna est. Charitas non emulatur/ non agit perperã/ non inflatur/ nõ est ambitiosa/ nõ querit que sua sunt. Nõ irritatur: nõ cogitat malũ/ nõ gaudet super iniquitate/ cõgaudet aũt veritati. Oia suffert omnia credit: oia sperat: omnia sustinet. Charitas nunq̄ excidit: siue prophetie euacuabũtur/ siue lingue cessabunt/ siue scientia destruet. Ex parte eñ cognoscimus/ et ex parte prophetamus. Cũ aũt venerit quod perfectũ est/ euacuabitur quod ex parte est. Cũ essem paruulus loquebar vt paruulus/ sapiebã vt paruulus: cogitabã vt paruulus. Cum autẽ factus sum vir: euacuaui que erãt paruuli Uidemus nũc per speculũ in enigmate: tũc autẽ facie ad faciẽ. Nũc cognosco ex parte: tũc autẽ cognoscã sicut et cognit⁹ sum. Nunc autẽ manẽt fides/ spes/ charitas/ tria hec. Maior autem horũ/ est charitas. Gr. Tu deus qui facis mirabilia solus notam fecisti in gẽtibus virtutẽ tuam. V. Liberasti in brachio populum tuum: filios israel iacob et ioseph. Tractus.

Iubilate deo omnis terra: seruite domino in letitia. V. Introite in cõspectu eius in exultatione. V. Scitote quoniã dñs ipse est de⁹. V. Ipse fecit nos et nõ ipsi nos: nos aũt pp̄s ei⁹ ⁊ oues pascue ei⁹. Scdm lucã. xviij



In illo tpe. Assũpsit iesus duodecim discipulos suos: ⁊ ait illis. Ecce ascẽdim⁹ hierosolymã: et cõsummabũtur omnia q̄ scripta sunt p prophetas de filio hois. Tradet eñ gẽtibus ⁊ illudet: ⁊ flagellabit ⁊ cõspuet. Et postq̄ flagellauerint: occidẽt eũ/ ⁊ tertia die resurget. Et ipsi nihil hor intellexerũt. Erat autẽ verbũ istud abscõditũ ab eis: ⁊ nõ intelligebãt q̄ dicebant. Factũ est aũt cũ appropinquaret hierico: cec⁹ q̄dã sedebat sec⁹ viã mẽdicãs. Et cũ audiret turbã p̄tereuntẽ: interrogabat q̄d hoc esset. Dixerũt aũt q̄ iesus nazaren⁹ trãsiret. Et clamauit dicẽs. Jesu fili dauid miserere mei. Et qui preibãt: increpabãt eũ vt taceret Ipse vero: multo magis clamabat. Fili dauid miserere mei. Stãs aũt iesus iussit illũ adduci ad se. Et cũ appropinquasset/ interrogauit illũ dicens. Quid tibi

vis faciã. At ille dixit. Dñe: vt videã. Et
iesus dixit illi. Respice. Fides tua te
saluũ fecit. Et cõfestim vidit: et sequeba
tur illũ magnificãs deũ. Et oĩs plebs vt
vidit: dedit laudẽ deo. Offer. Bñdictꝰ es
dñe/ doce me iustificationes tuas: bñdictus es
dñe doce me iustificatiões tuas: in labijs meis
pronũciaui oĩa iudicia oris tui. ℣. Beati imma
culati in via qui ambulãt in lege dñi: beati qui
scrutãtur testimonia eius/ in toto corde exqui-
rũt eũ. ℣. Aufer a plebe tua opprobriũ et cõtẽ
ptũ: q̃a mãdata tua nõ sumꝰ obliti dñe. Secr.

HEc hostia dñe q̃s emũdet nr̃a deli
cta: ⁊ ad sacrificiũ celebrãdũ sub-
ditor tibi corpa mentesq; sctificet. Per.
Prefa. quoti. Cõio. Mãducauerũt ⁊ satu
rati sunt nimis: ⁊ desideriũ eorũ attulit eis dñs
nõ sunt fraudati a desiderio suo. Postcõio.

QUesumus oĩps deus: vt q̃ celestia
alimẽta pcepimus: per hec cõtra
oĩa aduersa muniamur. Per dominum
¶ Feria. iiij. in capite ieiu. post. vi. Im-
primis fiat sermo ad ppl̃m si placuerit:
deinde ꝓsternãt se clerici in cho. et dicãt
septẽ p̃os penitẽtia. cũ Gl̃ia. Sicut. et
añ. Ne reminiscaris. Excellẽtior vo sacer.
indutꝰ vestibꝰ sacerdotalibꝰ in cappa se
rica rubea cũ dya. a dextris/ et subdya.
a sinistris cũ ceteris ministris alta. qui
oẽs sint albis cũ amictibꝰ induti ante al
tare dicãt per se septẽ p̃os penitẽ. in pro
stratiõe. cum añ. Ne reminiscaris. Ps.

DOmine ne in furore tuo arguas
me: neq; in ira tua corripias me
Miserere mei dñe qm̃ infirmꝰ sum: sa-
na me dñe qm̃ cõturbata sunt ossa mea.
Et aĩa mea turbata est valde: sed tu do
mine vsq;quo. Conuertere dñe ⁊ eripe
aiam meã: saluũ me fac ꝓpter misericor
diã tuã. Quoniã non est in morte q̃ me
mor sit tui: in inferno autẽ q̃s ꝯfitebitur
tibi. Laboraui in gemitu meo lauabo
per singulas noctes lectũ meum: lachry-
mis meis stratũ meũ rigabo. Turba-
tus est a furore oculus meꝰ: inueteraui
inter oẽs inimicos meos. Discedite a
me oẽs q̃ operamini iniq̃tatẽ: qm̃ exau-
diuit dñs vocẽ fletus mei. Exaudiuit
dñs deprecatiõnẽ meã: dñs orõnem meã
suscepit. Erubescãt ⁊ cõturbentur ve-
hemẽter oẽs inimici mei: cõuertanť ⁊ e-
rubescãt valde velociter. Gl̃ia. Sicut

BEati quor remisse sunt iniq̃tates
et quorũ tecta sunt pctã. Beatus
vir cui nõ imputauit dñs pctm̃: nec est in
spũ eius dolus. Qm̃ tacui inueteraue-
rũt ossa mea: dũ clamarẽ tota die. Qm̃
die ac nocte grauata est sup me manus
tua: cõuersus sum in erũna mea dũ con-
figitur spina. Delictũ meũ cognitũ tibi
feci: ⁊ iniustitiã meã nõ abscõdi. Dixi cõ
fitebor aduersũ me iniustitiã meã dño: ⁊
tu remisisti impietatẽ peccati mei. Pro
hac orabit ad te oĩs sanctus: in tẽpore o-
portuno. Uerũtamẽ in diluuio aquarũ
multarũ: ad eũ nõ approximabunt. Tu
es refugiũ meũ a tribulatiõe que circum
dedit me: exultatio mea erue me a circũ
dantibꝰ me. Intellectũ tibi dabo ⁊ in-
struã te: in via hac qua gradieris/ firma
bo super te oculos meos. Nolite fieri si
cut equꝰ et mulus: quibus non est intel-
lectus. In chamo et freno maxillas eo
rũ constringe: q̃ non approximant ad te.
Multa flagella peccatoris: sperantẽ au
tem in domino misericordia circũdabit.
Letamini in domino ⁊ exultate iusti: ⁊
gloriamini oẽs recti corde. Gloria pa.

DOmine ne in furore tuo arguas
me: neq; in ira tua corripias me.
Qm̃ sagitte tue infixe sunt mihi: ⁊ con
firmasti super me manũ tuã. Non est sa
nitas in carne mea a facie ire tue: nõ est
pax ossibus meis/ a facie peccatorũ meo-
rũ. Qm̃ iniq̃tates mee supergresse sunt
caput meũ: et sicut onus graue grauate
sunt sup me. Putruerũt ⁊ corrupte sũt
cicatrices mee: a facie insipientie mee.
Miser factus sum et curuatꝰ sum vsq;
in finẽ: tota die cõtristatus ingrediebar.
Qm̃ lũbi mei impleti sunt illusionibus
et nõ est sanitas in carne mea. Afflictꝰ
sum et humiliatꝰ sum nimis: rugiebã a
gemitu cordis mei. Dñe ante te omne
desideriũ meũ: et gemitꝰ meus a te non
est absconditus. Cor meũ cõturbatũ est

dereliquit me virtus mea: et lumē ocu-
loꝛū meoꝝ et ipsum nō est mecū. Amici
mei et ꝓximi mei: aduersum me appꝛo-
pinquauerūt ⁊ steterūt. Et q̇ iuxta me
erāt de lōge steterunt: et vim faciebāt q̇
querebāt aiam meā. Et q̇ inquirebant
mala mihi locuti sunt vanitates: et do-
los tota die meditabanẗ. Ego aūt tanꝙ
surdus nō audiebā: et sicut mutꝰ nō ape
riēs os suū. Et factus sum sicut homo
nō audiēs: ⁊ nō habens in oꝛe suo redar
gutiōes. Qm̄ in te dn̄e speraui tu exau
dies me dn̄e deꝰ meꝰ. Quia dixi neqn̄
supergaudeāt mihi inimici mei: et dū cō
mouētur pedes mei sup me magna locu
ti sunt. Qm̄ ego in flagella paratꝰ sum
et doloꝛ meus in cōspectu meo semper.
Qm̄ iniquitatē meā annūciabo: ⁊ cogi-
tabo pꝛo pctō meo. Inimici aūt mei vi
uūt et cōfirmati sunt sup me: ⁊ multipli-
cati sunt q̇ oderūt me inique. Qui retri
buunt mala pꝛo bonis detrahebāt mihi:
quoniā sequebar bonitatē. Ne derelin-
quas me dn̄e deus meus: ne discesseris
a me. Intende in adiutoꝛium meū: dn̄e
deus salutis mee. Gloꝛia patri et filio.

Miserere mei deus: secundū ma-
gnā misericoꝛdiā tuā. Et secū
dū multitudinē miserationū tuarū: dele
iniquitatē meā. Amplíꝰ laua me ab ini
quitate mea: et a pctō meo munda me.
Quoniā iniquitatē meā ego cognosco:
⁊ peccatū meū cōtra me est semper. Ti
bi soli peccaui et malū coꝛā te feci: vt iu-
stificeris in sermonibꝰ tuis ⁊ vincas cū
iudicaris. Ecce eīm in iniquitatibꝰ con
ceptus sum: et in peccatis cōcepit me ma
ter mea. Ecce eīm veritatē dilexisti: in-
certa et occulta sapiētie tue manifestasti
mihi. Asperges me dn̄e ysopo et mūda
boꝛ: lauabis me et super niuē dealbaboꝛ.
Auditui meo dabis gaudiū et letitiā: ⁊
exultabūt ossa humiliata. Auerte faciē
tuā a peccatis meis: et oēs iniq̇tates me
as dele. Coꝛ mundū crea in me deus:
et spiritū rectū innoua in visceribꝰ meis.
Ne ꝓiicias me a facie tua et spiritū san
ctū tuū ne auferas a me. Redde mihi le
titiā salutaris tui: et spiritu pꝛincipali cō
firma me. Docebo iniquos vias tuas:
et impij ad te ꝯuertētur. Libera me de
sanguinibꝰ deus deꝰ salutis mee ⁊ exul
tabit lingua mea iustitiā tuā. Dn̄e la-
bia mea aperies: et os meū annunciabit
laudē tuā. Qm̄ si voluisses sacrificiū de
dissem vtiqꝫ holocaustis nō delectaberis
Sacrificiū deo spiritꝰ cōtribulatꝰ: coꝛ
contritū et humiliatū deus non despici-
es. Benigne fac dn̄e in bona voluntate
tua syon: vt edificentur muri hierusalē.
Tunc acceptabis sacrificiū iustitie obla
tiones et olocausta: tunc imponēt super
altare tuum vitulos. Gloꝛia. Sicut.

Domine exaudi oꝛationē meā: et
clamoꝛ meus ad te veniat. Nō
auertas faciē tuam a me: in quacūqꝫ die
tribuloꝛ iclina ad me aurē tuā. In qua
cūqꝫ die inuocauero te: velociter exaudi
me. Quia defecerunt sicut fumus dies
mei: ⁊ ossa mea sicut cremium aruerūt.
Percussꝰ sum vt fenū ⁊ aruit coꝛ meū:
quia oblitꝰ sum ꝯmedere panē meū. A
voce gemitus mei: adhesit os meū carni
mee. Similis factꝰ sum pellicano soli-
tudinis: factꝰ sum sicut nicticoꝛax in do-
micilio. Vigilaui: et factꝰ sum sicut pas
ser solitariꝰ i tecto. Tota die expꝛobꝛa-
bāt mihi inimici mei ⁊ q̇ laudabāt me ad
uersum me iurabāt. Quia cinerē tanꝙ
panē manducabā: ⁊ potū meum cū fletu
miscebā. A facie ire indignationis tue:
quia eleuās allisisti me. Dies mei sicut
vmbꝛa declinauerūt: et ego sicut fenum
arui. Tu aūt dn̄e ineternū permanes:
et memoꝛiale tuū in generatione ⁊ gene
rationē. Tu exurgēs dn̄e misereberis
syon: q̇a tēpus miserēdi eius q̇a venit tē
pus. Qm̄ placuerunt seruis tuis lapi-
des eiꝰ ⁊ terre eiꝰ miserebūẗ. Et time
būt gētes nomē tuū dn̄e: ⁊ oēs reges ter
re gl̄am tuā. Qꝛ edificauit dn̄s syon: ⁊
videbiẗ i gl̄ia sua. Respexit in oꝛonē hu
miliū: ⁊ nō spꝛeuit pꝛecē eoꝝ. Scribanẗ
hec in gn̄atione altera: et ppl̄s q̇ creabiẗ
laudabit dn̄m. Quia ꝓspexit de excel-
so sctō suo: dn̄s de celo in terram aspexit.

i cō
as:
e de
rul
la-
abit
i de
eris
e coꝛ
pici-
tate
talē.
obla
aper
icut.
ā:et
Nō
z die
qua
audi
dies
erūt.
meū:
i. A
carni
o soli-
in do-
ut pas
coꝛa-
me ad
Et tanꝙ
i fletu
is tue:
ei sicut
fenum
ianes:
z gene
eberis
venit tē
is lapi-
t time
ges ter
syon: z
tonē hu
eribant
creabit
ne excel-
aspexit.

acquirat largitatis: et ab oībus tueatur aduersis. Per dn̄m. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Adesto dn̄e famulis tuis et perpetuā benignitatē largire poscentibus: vt his q̄ te auctore et gubernatore gloriant: et congregata restaures/ et restaurata ꝯserues. Per.

¶ Feria. vi. post Reminiscere. Ad missam. Officium.

Ego autē cū iustitia apparebo in cōspectu tuo: satiabor dum manifestabitur gloria tua. ps. Exaudi dn̄e iustitiam meam: intēde deprecationē meam. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Da quesumus omnipotens deus: vt sacro nos purificante ieiunio: sinceris mentibus ad sancta ventura facias puenire. Per. Lectō li. geñ. xxxvii.

In dieb⁹ illis. Dixit ioseph fratribus suis. Audite somniū meū qđ vidi. Putabā nos manipulos ligare in agro: et quasi ꝯsurgere manipulū meū ⁊ stare/ vestrosqꝫ manipulos circūstantes adorare manipulū meū. Respōderūt fratres eius. Nūqd rex noster eris: aut subijciemur ditioni tue. Hec ergo causa somniorū atqꝫ sermonū: inuidie et odij fomitē ministrauit. Aliud quoqꝫ vidit sōniū/ qđ narrās fratribus ait. Uidi per somniū quasi solē et lunā et stellas vndecim adorare me. Qđ cū p̄ri suo et fratrib⁹ retulisset: increpauit eū p̄r su⁹ ⁊ dixit. Quid sibi vult hoc sōmniū/ qđ vidisti. Nū ego et mater tua ⁊ fratres tui: adorabimus te sup terrā. Inuidebant igit ei fratres sui: pater vero rē tacit⁹ cōsiderabat. Cūqꝫ fratres illi⁹ in pascēdis gregibus patris morarētur in sichen: dixit ad eū israel. Fratres tui pascūt oues in sichimis veni mittā te ad eos. Quo respōdēte p̄sto sum: ait. Uade/ ⁊ vide si cūcta p̄spera sint erga fratres tuos et pecora: et renūcia mihi qđ agat. Missus de valle ebron venit in sichē. Inuenitqꝫ eū vir errantē in agro: et interrogauit eū qđ quereret. At ille respōdit: fratres meos quero. Indica mihi: vbi pascūt greges. Dixitqꝫ ei vir. Recesserunt de loco isto. Audiui autem eos dicentes: eamus in dothaim. Perrexit ergo ioseph post fratres suos: et inuenit eos in dothaim. Qui cū vidissent eum procul: anteq̄ accederet ad eos cogitauerūt illum occidere/ et mutuo loquebantur. Ecce somniator venit: venite occidamus eū/ et mittamus in cisternā veterē: dicemusqꝫ: fera pessima deuorauit eū. Et tunc apparebit: quid illi prosint somnia sua. Audiens autē hec ruben nitebatur liberare eū de manibus eorū: et dicebat. Non interficiam⁹ animā ei⁹ nec effundamus sanguinē: sed proijcite eū in cisternā hanc que est in solitudine/ manusqꝫ vestras seruate innoxias. Hoc autē dicebat: volens eū eripere de manibus eorū: et reddere patri suo. Gr. Ad dn̄m cum tribularer clamaui et exaudiuit me. V. Dn̄e libera animā meā a labijs iniquis: et a lingua dolosa. Tr. Dn̄e nō scdm. q̄re vts feria. vi. quatuor tēpor. Scdꝫ mathe. xxi.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis/ et turbis iudeorū. Homo quidā erat paterfamilias q̄ plātauit vineā ⁊ sepē circūdedit ei. Et fodit in ea torcular. et edificauit turrim: et locauit eā agricolis et peregre profectus est. Cū autē tēpus fructuū appropinquasset: misit seruos suos ad agricolas vt acciperēt fructus ei⁹. Et agricole/ apprehēsis seruis eius: aliū ceciderūt/ aliū occiderunt/ aliū vero lapidauerūt. Iterū misit alios seruos plures priorib⁹ et fecerūt illis similiter. Nouissime aūt misit ad eos filiū suū: dicēs. Uerebuntur forte filiū meū. Agricole autē vidētes filiū: dixerunt intra se. Hic est heres: venite occidam⁹ eū: et habebim⁹ hereditatē ei⁹. Et apprehēsum eū eiecerūt extra vineā: et occiderūt. Cū ergo venerit dn̄s vinee: qđ faciet agricolis illis. Aiūt illi. Malos male pdet: et vineā suā locabit alijs agricolis qui reddāt ei fructū tēporib⁹ suis. Dicit illis iesus. Nunq̄ legistis in scripturis: lapidē quē reprobauerūt edificātes hic factus est in caput anguli. A dn̄o factū est istud: et est mirabile in oculis nostris. Ideo di

co vobis: quia auferetur a vobis regnum dei: et dabitur genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit super lapidem istum: confringetur. Super quem vero ceciderit: conteret eum. Et cum audissent principes sacerdotum et pharisei parabolas eius: cognouerunt quod de ipsis diceret. Et querentes eum tenere: timuerunt turbas. Quoniam sicut prophetam eum habebant. Offer. Uene in auxilium meum respice: confundantur et reuereantur qui querunt animam meam vt auferant eam. V. Auertantur retrorsum et erubescant qui cogitant mihi mala. Secreta

Hec in nobis sacrificia domine deus: et actione permaneant et operatione firmentur. Per. Prefa. Qui corporali ieiunio. Co. Tu domine seruabis nos: et custodies nos a generatione hac in eternum. Postco.

Fac nos domine quesumus accepto pignore salutis eterne sic tendere congruenter: vt ad eam peruenire possimus. Per dominum nostrum. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Da quesumus domine populo tuo salutem mentis et corporis: vt bonis operibus inherendo: tue semper virtutis mereatur protectione defendi. Per. ¶ Sabbato post Reminiscere. Ad missam. Officium.



Ex domini irreprehensibilis conuertens animas testimonium domini fidele sapientiam prestans paruulis. Ps. Celi enarrant gloriam dei: et opera manuum eius annunciat firmamentum. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Da quesumus domine nostris effectum ieiunijs salutarem: vt castigatio carnis assumpta: ad nostrarum vegetationem transeat animarum. Per dominum nostrum. Lectio libri genesis. xxvii.

In diebus illis. Dixit rebecca filio suo iacob. Audiui patrem tuum loquentem cum esau fratre tuo et dicentem ei. Affer mihi de venatione tua et fac cibos: vt comedam et benedicam tibi coram domino antequam moriar. Nunc ergo fili mi: acquiesce consilijs meis et perges ad gregem affer mihi duos hedos optimos: vt faciam ex eis escas patri tuo: quibus libenter vescitur. Quas cum intuleris et comederit: benedicat tibi: priusquam moriatur. Cui ille respondit. Nosti quod esau frater meus/ homo pilosus sit: et ego lenis. Si attrectauerit me pater meus: et senserit: timeo ne putet sibi me voluisse illudere: et inducat super me maledictionem pro benedictione. Ad quem mater. In me sit (ait) ista maledictio fili mi: tantum audi vocem meam: et perges affer que dixi. Abijt et attulit: deditque matri. Parauit illa cibos: sicut nouerat velle patrem illius: et vestibus esau valde bonis quas apud se habebat domi: induit eum. Pelliculasque hedorum circumdedit manibus: et colli nuda protexit. Deditque pulmentum: et panes quos coxerat/ tradidit. Quibus illatis: dixit. Pater mi. At ille respondit. Audio. Quis es tu fili mi. Dixitque iacob. Ego sum esau primogenitus tuus: feci tibi sicut precepisti mihi. Surge/ sede et comede de venatione mea: vt benedicat mihi anima tua. Rursumque ysaac ad filium suum. Quomodo (inquit) tam cito inuenire potuisti fili mi. Qui respondit. Uoluntas dei fuit: vt cito occurreret mihi/ quod volebam. Dixitque ysaac. Accede huc: vt tangam te fili mi: et probem vtrum tu sis filius meus esau: an non. Accessit ille ad patrem: et palpato eo: dixit ysaac. Uox quidem vox iacob est: sed manus/ manus sunt esau Et non cognouit eum: quia pilose manus similitudinem maioris expresserant. Benedicens ergo illi ait. Tu es filius meus esau. Respondit. Ego sum. At ille Affer mihi (inquit) cibos de venatione tua fili mi: vt benedicat tibi anima mea. Quos cum oblatos comedisset: obtulit ei etiam et vinum. Quo hausto/ dixit ad eum. Accede ad me: et da mihi osculum fili mi. Accessit ad eum et osculatus est eum. Statimque vt sensit vestimentorum illius fragrantiam/ benedicens illi ait. Ecce odor filij mei/ sicut odor agri pleni cui benedixit dominus Det tibi deus de rore celi et de pinguedine terre abundantiam frumenti/ vini/ et olei/ et seruiant tibi populi/ et adorent te tribus. Esto dominus fratrum tuorum et incuruentur ante te filij matris tue. Qui maledixerit tibi/ sit ille maledictus: et qui benedixerit tibi: benedictionibus repleatur. Uix ysaac sermonem impleue-

rat ⁊ egresso iacob foras/venit esau: coctosqꝫ de venatione cibos intulit patri dicēs. Surge pater mi / et comede de venatione filij tui / vt benedicat mihi anima tua. Dixitqꝫ illi ysaac. Quis enī es tu? Qui rn̄dit. Ego sū fili⁹ tu⁹ primogenitus esau. Expauit ysaac stupore vehemēti: ⁊ vltra ꝙ credi potest admirās/ait Quis igitur ille est / q̄ dudū captā venationē attulit mihi: ⁊ comedi ex oībus priusqꝫ tu venires? Benedixitqꝫ illi: et erit benedictus. Auditis esau sermonib⁹ patris/irrugijt clamore magno et cōsternatus/ait Bn̄dic etiā ⁊ mihi pater mi. Qui ait. Uenit germanus tuus fraudulēter: et accepit benedictionē tuā. At ille subiūxit. Iuste vocatum est nomen eius iacob supplātauit enim me en altera vice. Primogenita mea ante tulit: et nunc secundo surripuit benedictionē meam. Rursumqꝫ ad patrem. Nunquid non reseruasti (ait) et mihi benedictionē? Respōdit ysaac. Dn̄m tuū illū constitui: et omnes fratres ei⁹ / seruituti illius subiugaui. Frumento et vino et oleo stabiliui eū: et tibi post hec fili mi vltra q̄d faciā? Cui esau. Non vnā (inquit) tantū bn̄dictionē habes pater? Mihi quoqꝫ obsecro vt bn̄dicas. Cūqꝫ eiulatu magno fleret: motus ysaac dixit ad eū In pinguedine terre ⁊ in rore celi desuper erit bn̄dictio tua. Gr.

Bonū est cōfiteri dn̄o: ⁊ psallere nōi tuo altissime. V. Ad annūciādū mane mīam tuā: ⁊ veritatē tuā per noctē. Secundum lucam. xv.

TUis dn̄e q̄s operare mysterijs: vt hec tibi munera dignis mentib⁹ offeramus. Per. Prefatio. Qui corpali. Cōio. Ab occultis meis munda me domine: et ab alienis parce seruo tuo. Postcōmunio.

QUos diuinis domine reficis sacramentis tuis q̄s sustēta presidijs/ et quos beneficijs tēporalibus refoues: pasce perpetuis. Per. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

DEprecationē nostram q̄s domine benignus exaudi et quibus supplicandi prestas affectum: tribue defensionis auxilium. Per d. ¶ Feria .iij. post Letare. Ad missam. Officium.



Exaudi deus orationē meā ꝛ ne despexeris deprecationē meā: intende in me/ ꝛ exaudi me. ps̄ Cōtristatus sum in exercitatione mea: et conturbatus sum a voce inimici. Oremus Flectamus genua. Leuate. Oratio.

SAcre nobis q̄s dn̄e obseruatiōis ieiunio / et pie cōuersationis augmentū et tue ppitiatiōis cōtinuū p̄stēt auxiliū. Per. Lctō libri. Exodi. xxxij.

IN diebus illis. Locutus est dn̄s ad moysen/ dicēs. Descēde de mōte: quia peccauit populus tuus: quē eduxisti de terra egypti. Recesserunt cito de via: quā ostendisti eis. Feceruntqꝫ sibi vitulū conflatilē ꝛ adorauerūt: atqꝫ immolātes ei hostias dixerūt. Isti sunt dij tui israel: qui te eduxerunt de terra egypti. Rursumqꝫ ait dn̄s ad moysen. Cerno ꝙ pplus iste dure ceruicis sit: dimitte me vt irascatur furor me⁹ cōtra eos/ et deleam eos/ faciāqꝫ te in gentē magnā. Moyses aūt orabat dn̄m deū suū dicens. Cur dn̄e irascitur furor tuus cōtra pplm tuū quē eduxisti de terra egypti: in fortitudine magna: et in manu robusta. Ne queso dicāt egyptij callide eduxit eos: vt interficeret in montibus/ et deleret eos de terra. Quiescat ira tua: ꝛ esto placabilis sup nequitia populi tui. Recordare abraham/ ysaac et isrl̄ seruorū tuorū: quibus iurasti p temetipm dicēs. Multiplicabo

semē vestrū sicut stellas celi: et vniuersā terrā hāc de qua locutus sum/ dabo semini vr̄o/ et possidebitis eā semp. Placatus qꝫ est dn̄s ne faceret malū: qđ locut⁹ fuerat aduersus pplm̄ suū. Et misertus est populo suo: dn̄s de⁹ noster. Gr. Exurge dn̄e fer opē nobis: et libera nos ꝓpter nomē tuū. V. Deꝰ auribꝰ nr̄is audiuimꝰ patres nr̄i annūciauerūt nobis/ opꝰ qđ operatus es in diebus eoꝝ: ⁊ in diebꝰ antiq̄s. Scđm iohan. vij.

In illo tp̄e. Jam die festo mediāte ascendit iesus in tēplū: et docebat Et mirabātur iudei: dicētes Quomodo hic literas scit: cū nō didicerit. Respōdit eis iesus: et dixit. Mea doctrina non est mea sed eius q̄ me misit. Si q̄s voluerit volūtatē ei⁹ facere: cognoscet de doctrina mea vtrum ex deo sit: an ego a meipso loquoꝛ. Qui a semetipso loquitur: gl'iam ꝓpriā querit. Qui aūt querit gl'iam eius qui misit illū: hic verax est: ⁊ iniustitia in illo nō est. Nōne moyses dedit vobis legem: ⁊ nemo ex vobis facit legē. Quid me queritis interficere. Respondit turba: et dixit. Demoniū habes. Quis te q̄rit interficere. Respondit iesus: et dixit eis. Unū opus feci: et omnes miramini. Propterea moyses dedit vobis circūcisionē: non quia ex moyse est/ sed ex patribus/ ⁊ in sabbato circūciditis hoiem. Si circuncisionē accipit homo in sabbato vt non soluatur lex moysi: mihi indignamini: q̄a totū hoiem sanū feci/ sabbato. Nolite iudicare scđm faciē: sed iustū iudiciū iudicate. Dicebāt autē quidā ex hierosolymis. Nonne hic est quē querūt interficere. Ecce palā loquitur: et nihil ei dicunt. Nūquid vere cognouerūt principes: q̄a hic est christus. Sed hūc scim⁹ vnde sit. Xp̄s aūt cum venerit: nemo scit vnde sit Clamabat ergo docēs in tēplo iesus: et dicēs. Et me scitis: ⁊ vnde sim scitis: ⁊ a meipso nō veni sed est verus q̄ misit me/ quē vos nescitis. Ego aūt scio eū. Et si dixero: q̄a nescio eū: ero similis vobis mēdax. Sed scio eū quia ab ipso sum: ⁊ ipse me misit. Querebant ergo eū apprehendere: et nemo misit in illū manꝰ: q̄a nōdū venerat hoꝛa ei⁹. De turba aūt multi crediderūt in eū. Offr. Expectans expectaui dn̄m et respexit me: et exaudiuit deprecationem meā: et immisit in os meū canticū nouū hymnū deo nostro. V. Statuit supra petrā pedes meos: ⁊ direxit gressus meos. Secreta

Fideliū tuoꝛū quesumus domine hostias ꝓpiti⁹ intuere: vt quod oblatū est per obsequiū: et deuotoꝛū vota famuloꝛū: tua potius ꝓpitiatiōe firmetur. Per. Prefa. Qui coꝛpoꝛali ieiunio. Cōio. Letabimur in salutari tuo: et in noīe dn̄i dei nostri magnificabimur. Postcōio

Prosit nobis quesumus dn̄e sacer cibus/ potusqꝫ salutaris: qui et tēpoꝛalem vitam muniat: et p̄stet et eternam. Per dn̄m. Super populuz. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Miserere q̄s dn̄e pp̄lo tuo: et continuis tribulatiōibus laboꝛantē ꝓpiti⁹ respirare cōcede. Per. ¶ Feria .iiij. post Letare. Ad missam. Officium.

Cum sanctificatus fuero in vobis: congregabo vos de vniuersis terris: ⁊ effundā super vos aquā mundā: et mundabimini ab oībus inq̄namētis vr̄is: et dabo vobis sp̄m nouū. Ps. Bn̄dicā dn̄m in oī tp̄e: semp laus eius in oꝛe meo. Seq̄tur oro sine. Dn̄s vobis. sed tm̄ cū Oremꝰ ⁊ Flecta. ge. Leua. Oro.

Deus q̄ et iustis p̄mia meritoꝛū et pctōꝛibus per ieiuniū veniā p̄bes: miserere supplicib⁹ tuis/ vt reat⁹ nostri ꝯfessio: indulgētiā valeat ꝑcipere delictoꝝ. Per. Lcō ezechie ꝓphete .xxxvi.

Hec dicit dn̄s deus. Sctificabo nomē meū magnū: vt sciāt gētes q̄a ego dn̄s: cū sctificat⁹ fuero in vobis coꝛā eis. Tollā quippe vos de gentibus/ et cōgragabo vos de vniuersis terris: et adducā vos in terrā vestrā. Et effundā super vos aquā mundā: et mūdabimini in oībus inq̄namētis vr̄is/ et ab vniuersis ydolis vr̄is mūdabo vos Et dabo vobis coꝛ nouū: ⁊ sp̄m nouū ponā in medio vr̄i. Et auferā coꝛ lapideū de carne vr̄a: ⁊ dabo vobis coꝛ carneū/ ⁊ sp̄m nouū ponā in

medio vr̃i. Et faciã vt in p̃ceptis meis
ambuletis: ⁊ iudicia mea custodiatis/et
operemini Et habitabitis in terra quam
dedi p̃ribus vr̃is: ⁊ eritis mihi in pp̃lm/
et ego ero vobis in deũ. Dicit dñs oĩps.
Gr. Uenite filij audite me timorẽ dñi docebo
vos. V. Accedite ad eũ ⁊ illuminamini: ⁊ facies
vr̃e nõ cõfundent̃. Nõ repetat̃ gr. sed sequat̃
Dñs vobis. et Flecta. ge. Leuate. Oro.

PResta q̃s oĩps deus: vt quos ieiu-
nia votiua castigãt: ipsa quoq; de
uotio sctã letificet: vt terrenis affectibꝰ
mitigatis: faciliꝰ celestia capiamꝰ. Per.
Hic dñr mẽo. cõsue. Lctõ ysaie pphe. j.

HEc dicit dñs deꝰ. Lauamini mun
di estote: auferte malũ cogitatio-
nũ vestrarũ ab oculis meis. Quiescite a
gere peruerse: discite bñfacere Querite
iudiciũ/subuenite oppresso/iudicate pu-
pillo: defendite viduã: et venite ⁊ argui
te me / dicit dñs. Si fuerint pctã vestra
vt coccinũ: quasi nix dealbabuntur. Et si
fuerint rubra quasi vermiculꝰ: velut la
na alba erunt. Si volueritis et audieri
tis me: bona terre comedetis. Dicit do-
minus oĩps. Gr. Beata gens cuius est dñs
deus eorũ: populus quẽ elegit dñs in hereditа-
tẽ sibi. V. Uerbo dñi celi firmati sunt ⁊ spũ oris
eius omnis virtus eorũ. Tr. De necessitati
bus meis. vt s. feria. iiij. post Reminiscere
Euangeliũ Secundũ Johannem. ix.

IN illo tp̃e Preteriens iesus vidit
hoiem cecũ: a natiuitate. Et inter
rogauerũt eũ discipuli eius Rabbi/quis
peccauit: hic aut parentes eius vt cecus
nasceret̃. Respõdit iesus. Neq; hic pec-
cauit/neq; parentes eius: sed vt manife
stẽtur opera dei in illo. Me oportet ope-
rari opera eiꝰ q̃ misit me: donec dies est
Ueniet nox: q̃n nemo potest opari. Quã
diu sum in mũdo: lux sum mũdi. Hec cũ
dixisset: expuit in terrã/ ⁊ fecit lutum ex
sputo: ⁊ liniuit lutũ sup oculos eiꝰ ⁊ dixit
ei. Uade: ⁊ laua in natatoria syloe: qd in
terpretat̃ missus Abijt ergo ⁊ lauit: ⁊ ve
nit vidẽs. Itaq; vicini ⁊ q̃ viderãt eũ pri
us: q̃a mẽdicus erat dicebãt. Nonne hic
est q̃ sedebat/et mẽdicabat. Alij dicebãt
q̃a hic est: alij aũt nequaq̃: sed similis est
ei. Ille vero dicebat: q̃a ego sũ. Dicebãt
ergo ei. Quomodo apti sunt tibi oculi.
Rñdit. Ille homo q̃ dicitur iesus lutũ fe
cit et vnxit oclos meos et dixit mihi Ua
de ad natatoriã syloe: et laua. Et abij/et
laui: ⁊ video. Dixerũt ei. Ubi est ille. Ait
Nescio. Adducũt eũ ad phariseos: q̃ cecꝰ
fuerat. Erat aũt sabbatũ q̃n lutũ fecit ie-
sus: et aperuit oculos eius. Iterũ ergo
interrogabant eũ pharisei: quomodo vi
disset. Ille aũt dixit eis. Lutũ posuit mi
hi super oculos: et laui/ ⁊ video. Dicebãt
ergo ex phariseis quidã. Non est hic ho-
mo a deo: q̃ sabbatũ nõ custodit Alij autẽ
dicebant. Quomodo potest homo pecca
tor: hec signa facere. Et scisma erat inter
eos. Dicũt ergo ceco iterũ. Tu q̃d dicis
de eo: qui aperuit oculos tuos. Ille aũt
dixit: q̃a propheta est. Nõ crediderũt er
go iudei de illo: q̃a cecus fuisset ⁊ vidisset
donec vocauerũt parentes eiꝰ q̃ viderat
et interrogauerũt eos dicẽtes. Hic est fi-
lius vester: quẽ vos dicitis q̃a cecus na-
tus est. Quomodo ergo nũc videt. Rñ
derũt eis parẽtes eius: et dixerũt. Sci-
mus q̃a hic est filiꝰ noster: et q̃a cecus na
tus est. Quomõ aũt nũc videat/nescimꝰ
aut q̃s eiꝰ aperuit oculos: nos nescimus
Ipsũ interrogate. Etatẽ habet. Ipse de
se loquat̃. Hec dixerũt parẽtes eius: q̃n
timebãt iudeos. Iam enĩ cõspirauerant
iudei: vt si q̃s eũ cõfiteretur esse xp̃m/ex
tra synagogã fieret. Propterea parẽtes
eius dixerũt quia etatẽ habet: ipsum in-
terrogate. Uocauerũt ergo rursum ho-
minẽ qui fuerat cecus: et dixerũt ei. Da
gloriã deo. Nos scimus: quia hic homo
pctõr est. Dixit ergo eis ille Si peccator
est: nescio: vnũ scio q̃a cecus cũ essem mo
do video. Dixerunt ergo illi. Quid fecit
tibi: aut quomõ aperuit tibi oculos. Rñ
dit eis. Dixi vobis iã: et audistis. Quid
iterũ vultis audire. Nunq̃d et vos vul-
tis discipuli eius fieri. Maledixerũt er
go ei: et dixerũt. Tu discipulus illius sis
nos aũt moysi discipuli sumꝰ. Nos scimꝰ
q̃a moysi locutꝰ est deꝰ: hũc aũt nescimꝰ

vnde sit. Respōdit ille homo: et dixit eis
In hoc enī mirabile est: q̄a vos nescitis
vnde sit: et aperuit oculos meos. Scim⁹
autē: q̄a peccatores deus non audit. Sed si
q̄s dei cultor est et volūtatē ei⁹ facit: hūc
exaudit. A seculo nō est auditū: q̄a aperu
it q̄s oculos ceci nati. Nisi esset hic a deo:
non poterat facere quicq̄. Respōderūt:
et dixerunt ei. In peccatis natus es to-
tus et tu doces nos. Et eiecerūt eum fo-
ras. Audiuit iesus q̄a eiecerunt eū foras
et cū inuenisset eū/ dixit ei. Tu credis in
filiū dei. Rn̄dit ille: et dixit. Quis est dn̄e
vt credē in eū. Et dixit ei iesus. Et vidisti
eū: et q̄ loquitur tecū/ ipse est. At ille ait.
Credo dn̄e. Et procidēs: adorauit eum.
Offer. Bn̄dicite gētes dn̄m deū nostrū: et ob
audite vocē laudis ei⁹ q̄ posuit animā meā ad vi
tā et nō dedit cōmoueri pedes meos: benedict⁹
dn̄s q̄ nō amouit deprecationē meā et misericor
diā suā a me. V. Iubilate deo ōis terra: psalmū
dicite nōi eius: date gloriā laudi eius. Secre.

SUpplices te rogamus oīps deus
vt his sacrificijs peccatā nr̄a mūdent
q̄a tūc verā nobis tribuis/ et mētis et cor
poris sanitatē. p. Prefa. Qui corpo. Cō.
Lutū fecit ex sputo dn̄s: et liniuit oculos me-
os et abij et laui: et vidi: et credidi deo. Postcō.

SAcramenta que sumpsimus do-
mine deus noster: et spiritualib⁹
nos repleant alimentis: et corporalibus
tueantur auxilijs. Per. Super populū.
Humiliate capita vestra deo. Oratio.

PAteāt aures misericordie tue do
mine precibus supplicantiū: et vt
petentibus desiderata concedas: fac eos
que tibi placita sunt postulare. Per dn̄z.
¶ Feria. v. post Letare. Officium.

LEtetur cor querentiū dn̄m
querite dn̄m et cōfirmamini
querite faciē ei⁹ semp. Ps.
Confitemini dn̄o et inuocate no
mē ei⁹: annūciate inter gētes o-
pera eius. Flectam⁹ genua. Leuate. Orō.

PResta q̄s oīps deus: vt quos ieiu-
nia votiua castigāt ipsa quoq̄ de-
uotio sctā letificet: vt terrenis effectib⁹
mitigatis: facilius celestia capiamus.
Per dn̄m. Lectio libri iiij. Regum iiij.

IN dieb⁹ illis. Venit mulier suna-
mitis ad helyseū pphetā: in mōtē
carmeli. Cūq̄ vidisset eam vir dei cōtra:
ait: ad giezi puerū suū. Ecce sunamitis
illa. Vade ergo in occursum ei⁹: et dic ei.
Recte ne agit circa te: et circa virū tuū/ et
circa filiū tuū. Que rn̄dit. Recte. Cūq̄
venisset ad virū dei in mōtē: apphēdit pe
des eius. Et accessit giezi: vt amoueret
eā. Et ait homo dei. Dimitte eā: aīa enī
eius in amaritudine est: et dn̄s celauit a
me/ et non indicauit mihi. Que dixit illi.
Nūq̄d petiui filiū a dn̄o meo. Nunq̄d nō
dixi tibi: ne illudas me. Et ille ait ad gie
zi. Accinge lūbos tuos: et tolle baculum
meū in manu tua/ et vade. Si occurrerit
tibi homo: nō salutes eū. Et si salutauerit
te quispiā: nō respōdeas illi: et pones ba-
culū meū super faciē pueri. Porro mater
pueri ait. Viuit dn̄s/ et viuit anima tua:
nō dimittā te. Surrexit ergo: et secutus
est eā. Giezi aūt pcesserat ante eos: et po-
suerat baculū sup faciē pueri: et non erat
vox neq̄ sensus. Reuersusq̄ est giezi in
occursum eius: et nūciauit ei dicēs. Non
surrexit puer. Ingressus est ergo helyse
us domū et ecce mortuus iacebat in lectu
lo eius. Ingressusq̄ clausit ostiū sup se/
et sup puerū: et orauit ad dn̄m. Et ascen
dit/ et incubuit sup puerū: posuitq̄ os su-
um sup os eius/ et oculos sup oculos ei⁹
et manus suas sup manus eius/ et incur
uauit se sup eū/ et calefacta est caro pueri
At ille reuersus deambulabat in domo
semel: huc atq̄ illuc. Et ascendit et incu-
buit super puerū et oscitauit puer septi-
es/ aperuitq̄ oculos suos. At ille voca-
uit giezi et dixit ei. Voca sunamitē hanc
Que vocata: ingressa est ad eū. Cui ait.
Tolle filium tuum. Venit illa: et corruit
ad pedes eius/ et adorauit super terrā.
Tulitq̄ filiū suū: et egressa est. Helyseus
vero: reuersus est in galgala. Gr. Respi
ce domine in testamentū tuū: et animas paupe
rū tuorū ne obliuiscaris in finē. V. Exurge dn̄e
et iudica causam tuā: memor esto opprobrij ser-
uorum tuorum. Secundum iohannem v.

IN illo tpe. Dixit iesus turbis iu-deoꝝ. Pater meus vsqꝫ modo o-peratur: ꝛ ego operoꝛ. Propterea ergo magis q̄rebāt eū iudei interficere q̄a nō solū soluebat sabbatū: sed et patrē suū di cebat deū equalē se faciēs deo. Respōdit itaqꝫ iesus: ꝛ dixit eis. Amē amē dico vo bis: nō potest filius a se facere quicq̄: nisi qđ viderit patrē faciētē. Quecūqꝫ eñ ille fecerit: hec et filius similiter facit. Pater eñ diligit filiū / et oia demōstrat ei q̄ ipse facit: et maioꝛa his demonstrabit ei ope ra / vt et vos miremini. Sicut eñ pater suscitat moꝛtuos / et viuificat: sic et filius quos vult viuificat. Neqꝫ eñ pr̄ iudicat queq̄: sed om̄e iudiciū dedit filio / vt oēs honoꝛificēt filiū: sicut honoꝛificant patrē Qui nō honoꝛificat filiū: non honoꝛificat patrē / q̄ misit illū. Amē amē dico vobis: q̄a q̄ verbū meū audit / et credit ei q̄ me misit / habet vitā eternā. Et in iudiciū nō venit: sed transiet a moꝛte in vitā. Amē amē dico vobis: q̄a venit hoꝛa et nūc est / quādo moꝛtui audient vocē filij dei / et q̄ audierint viuēt. Sicut eñ pater habet vitā in semetipso: sic dedit et filio vitā ha bere in semetipso. Et potestatē dedit ei iudiciū facere: q̄a fili⁹ hois est. Nolite mi rari hoc: q̄a venit hoꝛa / in qua oēs qui in monumētis sunt: audiēt vocē filij dei Et procedēt q̄ bona fecerūt / in resurrectio-nē vite. Qui vero mala egerūt: in resur-rectionē iudicij. Offr̄. Dn̄e ad adiuuandū me festina: cōfūdant̄ oēs aduersarij mei: q̄ cogi-tāt mihi mala. ℣ Expectās expectaui dn̄m: ꝛ e-duxit me de lacu miserie / ꝛ de luto fecis. Secr̄.

PUrifica nos misericoꝛs deus / vt ecclie tue p̄ces q̄ tibi grate sunt / pia munera deferētes fiāt expiatis mēti bus gratioꝛes. Per. Pfa. Qui coꝛpo-rali ie. Cō. Dn̄e memoꝛabor iustitie tue so-lius deus docuisti me a iuuētute mea: ꝛ vsqꝫ in senectā ꝛ seniū deꝫ ne derelinquas me. Postcō.

CElestia dona capientibus quesu-mus domine: vt non ad iudicium prouenire patiaris: quod tuis fidelibus ad remedium prouidisti. Per. Sup po-pulū. Humiliate capita vestra deo. Oro.

POpuli tui deus institutoꝛ et re-ctoꝛ / peccata q̄bus impugnatur expellevt semper tibi placitus / ꝛ tuo mu nimine sit securus. Per dn̄m. ¶ Feria vi. post Letare. Ad missam. Officium.

MEditatio coꝛdis mei in cōspectu tuo semper: domine adiutoꝛ me us et redemptoꝛ meus. Ps. Celi enarrāt gloriā dei: ꝛ opa manuū eius annūciat firmamentū. Flectam⁹ genua. Leua. Oro.

DEus qui ineffabilibus mundū re nouas sacramētis: presta quesu mus: vt ecclesia tua eternis proficiat in-stitutis: ꝛ tēpoꝛalib⁹ nō destituatur auxi lijs. Per d. Lectō libꝛi. iij. Regum. xvij.

IN diebus illis. Egrotauit filius mulieris matrisfamilias / et erat languoꝛ foꝛtissimus: ita vt non remane-ret in eo alit⁹ Dixit ergo ad helyā Quid mihi et tibi vir dei. Ingressus es ad me vt rememoꝛarentur iniquitates mee: ꝛ interficeres filiū meū. Et ait ad eam he-lyas. Da mihi filium tuum. Tulitqꝫ eū de sinu illius: et poꝛtauit eum in cenacu lum vbi ipse manebat: et posuit eum su-per lectū suū / et clamauit ad dn̄m / et di-xit. Dn̄e deus meus: etiam ne viduam apud quā ego vtcūqꝫ sustentoꝛ afflixisti: vt interficeres filiū eius. Et expandit se atqꝫ mensus est super puerū tribus vici-bus: clamauitqꝫ ad dn̄m / et ait. Dn̄e de us me⁹: reuertatur oꝛo anima pueri hu ius / in viscera eius. Exaudiuit autē do-min⁹ vocem helye: et reuersa est anima pueri intra eū: et reuixit. Tulitqꝫ hely-as puerum: et deposuit eum de cenacu-lo in inferioꝛem domum / et tradidit illā matri sue: ꝛ ait illi. En / viuit filius tuus Dixitqꝫ mulier ad helyam. Nunc in isto cognoui / quoniā vir dei es tu: ꝛ verbum dn̄i in oꝛe tuo verum est. Gr. Bonū est cōfidere in dn̄o: q̄ꝫ confidere in homine. ℣. Bo num est sperare in dn̄o q̄ꝫ sperare in principibꝫ. Tract⁹. Domine non secundū. vt s. feria vi. post Oculi. Secundū iohannem. xi.

IN illo tpe. Erat quidā languēs la zarus a bethania: de castello ma-rie / et marthe soroꝛū eius. Maria autē

erat que vnxit dn̄m vnguēto: ⁊ extersit pedes eius capillis suis/ cuius frater lazarus infirmabat. Miserunt ergo sorores eius ad eū: dicētes. Dn̄e: ecce quē amas/ infirmat. Audiens aūt iesus/ dixit eis. Infirmitas hec nō est ad mortē: sed pro gloria dei/ vt glorificet filius dei per eā. Diligebat autē iesus marthā: et sororē eius mariā et lazarū. Ut ergo audiuit q̄a infirmabat: tūc quidē mā̄sit in eodem loco duobus dieb9. Deinde post hec: dixit discipulis suis. Eamus in iudeā iterū. Dicūt ei discipuli. Rabbi/ nūc querebāt te iudei lapidare: et iterum vadis illuc. Respōdit iesus. Nōne duodecim sūt hore diei. Si q̄s ambulauerit in die: nō offendit: q̄a lucē huius mūdi videt. Si aūt ambulauerit in nocte: offēdit/ q̄a lux nō est in eo. Hec ait: et post hec dixit eis. Lazarus amic9 noster dormit: sed vado vt a somno excitē eū. Dixerūt ergo discipuli eius. Dn̄e: si dormit saluus erit. Dixerat aūt ies9 de morte ei9. Illi aūt putauerūt: q̄a de dormitiōe sōni diceret. Tūc ergo dixit eis ies9 manifeste Lazarus mortuus est: ⁊ gaudeo propter vos vt credatis: q̄m nō erā ibi: sed eam9 ad eū. Dixit ergo thomas: q̄ dicit didim9: ad cōdiscipulos. Eam9 et nos: et moriamur cū eo Uenit itaq3 iesus: et inuenit eū quatuor dies iā in monumēto habentē. Erat aūt bethania iuxta hierosolymā quasi stadiis quindecim. Multi aūt ex iudeis venerāt ad marthā ⁊ mariā: vt cōsolarent eas de fratre suo. Martha ergo vt audiuit q̄a iesus venit: occurrit illi. Maria autē domi sedebat Dixit ergo martha ad iesū Dn̄e: si fuisses hic: frater meus nō fuisset mortuus. Sed et nūc scio: q̄a quecūq3 poposceris a deo: dabit tibi deus. Dixit illi iesus. Resurget frater tu9. Dixit ei martha. Scio: q̄a resurget in resurrectione: in nouissimo die Dixit ei iesus. Ego sum resurrectio et vita Qui credit in me etiā si mortuus fuerit viuet Et oīs q̄ viuit: ⁊ credit in me: nō morietur in eternū. Credis hoc. Ait illi. Utiq3 dn̄e. Ego credidi q̄a tu es xp̄s filius dei viui q̄ in hūc mundū venisti. Et cū hec dixisset: abijt et vocauit mariā sororē suā silētio: dicēs. Magister adest: et vocat te. Illa vt audiuit: surrexit cito et venit ad eū. Nōdū eñ venerat iesus in castellū: sed erat adhuc in illo loco vbi occurrerat ei martha Iudei ergo q̄ erāt cū ea in domo: ⁊ cōsolabātur eā: cū vidissent mariā: q̄a cito surrexit et exijt secuti sunt eā dicētes: quia vadit ad monumētū vt ploret ibi. Maria ergo cū venisset vbi erat iesus: videns eū cecidit ad pedes eius: et dixit ei. Dn̄e: si fuisses hic: nō esset mortuus frater me9. Jesus ergo vt vidit eā plorantē: et iudeos q̄ venerāt cū ea plorātes: infremuit spū: ⁊ turbauit semetipsū: ⁊ dixit. Ubi posuistis eū Dicūt ei. Dn̄e: veni et vide. Et lachrimatus est iesus. Dixerunt ergo iudei. Ecce quomodo amabat eū Quidā aūt ex ipsis dixerūt Nō poterat hic q̄ aperuit oculos ceci nati facere vt et hic nō moreret. Jesus ergo rursum fremens in semetipso venit ad monumentū. Erat autē spelunca: et lapis superposit9 erat ei. Ait iesus Tollite lapidem. Dixit ei martha: soror eius qui mortuus fuerat. Dn̄e/ iam fetet: quatriduanus enim est. Dixit ei iesus. Nonne dixi tibi/ quoniam si credideris: videbis gloriā dei. Tulerūt ergo lapidē. Jesus autē eleuatis sursum oculis in celum: dixit. Pater/ grās ago tibi: q̄m audisti me. Ego autē sciebā/ q̄a semp̄ me audis: sed p̄pter populū q̄ circūstat dixi vt credant quia tu me misisti. Hec cū dixisset voce magna clamauit. Lazare veni foras. Et statim p̄dijt qui fuerat mortuus: ligatis pedes et manus institis/ ⁊ facies illi9 sudario erat ligata. Dixit eis iesus. Soluite eū et sinite abire. Multi ergo ex iudeis: q̄ venerant ad mariam ⁊ martham/ ⁊ viderant que fecit iesus crediderūt in eū. Offer. Populū humilē saluū facies dn̄e: et oculos superborum humiliabis: quoniā q̄s deus preter te dn̄e. ℣. Clamor me9 in cōspectu eius introiuit in aures ei9. Secr.

Munera nos domine quesumus oblata purificent et te nobis faciant iugiter esse placatū. Per. Prefatio. l. ij.

Qui corporali ie. Cō. Uidēs dn̄s flētes sorores lazari ad monumentū: lachrimatus est corā iudeis: et clamabat: lazare veni foras: ⁊ prodiȳt ligatus manib⁊ et pedibus: qui fuerat quatriduanus mortuus. Postcommunio.

Hec nos quesumus domine participatio sacramenti: et a proprijs reatibus indesinēter expediat: et ab omnibus tueatur aduersis. Per. Sup populū. Humiliate capita vestra deo. Orō.

Da quesumus omnipotens deus: vt qui infirmitatis nostre cōsciȷ/ de tua pietate confidimus: sub tua protectione semper gaudeamus. Per. Sabbato post Letare. Ad missam. Officium

Sitientes venite ad aquas/ dicit dominus: et qui non habetis precium: venite et bibite cum letitia. psalmus Attendite popule meus legem meam inclinate aurem vestrā i verba oris mei. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Fiat quesumus domine per gratiam tuam fructuosus nostre deuotionis affectus: quia tunc nobis proderunt suscepta ieiunia: si tue sint placita pietati. Per. Lectio esaye prophe. xlix.

Hec dicit dn̄s deus. In tpe placito exaudiui te: et in die salutis auxiliatus sum tui. Et seruaui te/ ⁊ dedi te in fedus populi: vt suscitares terrā/ et possideres hereditates dissipatas / vt diceres his qui vincti sunt exite/ et his qui in tenebris reuelamini. Super vias pascētur: et in omnibus planis : pascue eorum. Non esurient neqꝫ sitiēt / et nō percutiet eos estus et sol: quia miserator eorū reget eos / et ad fontes aquarū potabit eos. Et ponā omnes mōtes meos in viā: et semite mee exaltabunt. Ecce isti de longe veniēt/ et ecce illi ab aquilone ⁊ mari / et isti de terra australi. Laudate celi et exultet terra/ iubilate mōtes laudē: qa cōsolatus est dn̄s populū suū ⁊ pauperū suorū miserebit. Et dixit syō. Dereliqt me dn̄s: et dn̄s oblit⁹ est mei. Nūqd obliuisci potest mulier infantem suū / vt nō misereatur filio vteri sui. Et si oblita fuerit: ego tamen non obliuiscār tui: dicit dn̄s omnipotēs. Gr. Tibi dn̄e derelictus est pauper: pupillo tu eris adiutor. ℣. Ut quid dn̄e recessisti longe: despicis in opportunitatibus in tribulatione: dū superbit impius: incenditur pauper. Secundū iohannē. viij.

In illo tpe. Dixit iesus turbis iudeorū. Ego sum lux mūdi. Qui sequitr me nō ambulat in tenebris sed habebit lumē vite. Dixerunt ergo pharisei. Tu de teipso testimoniū perhibes: testimoniū tuū nō est verū. Respōdit iesus et dixit eis. Et si ego testimoniū perhibeo de meipso: verū est testimoniū meū: quia scio vnde veni/ et quo vado. Uos aūt nescitis vnde venio/ aut quo vado. Uos secundū carnem iudicatis: ego non iudico quenq̄. Et si iudico ego/ iudiciū meū verū est: qa solus non sum/ sed ego ⁊ qui misit me pater. Et in lege vestra scriptū est qa duorū hominū testimoniū verum est. Ego sum q̄ testimoniū phibeo de meipso et testimoniū phibet de me: qui misit me pater. Dicebāt ergo ei. Ubi est pater tu⁹ Respōdit iesus. Neqꝫ me scitis: neqꝫ patrem meum. Si me sciretis: et patrem meum sciretis. Hec verba locutus est iesus in gazophilatio: docēs in templo. Et nemo apprehendit eū: quia nondum venerat hora ei⁹. Offer. Fact⁊ est dn̄s firmamentū meū et refugiū meū: et liberator meus: sperabo in eū. ℣. Persequar inimicos meos: ⁊ cōphēdā illos ⁊ nō cōuertar donec deficiāt. Secr.

Oblationibus q̄s dn̄e placare susceptis: ⁊ ad te nr̄as etiā rebelles cōpelle ppiti⁹ voluntates. Per. Prefa. Qui corporali. Cōio. Dn̄s regit me et nihil mihi deerit: in loco pascue ibi me collocauit: super aquā refectiōis educauit me. Postcōmunio.

Tua nos quesumus dn̄e que sumsimus sancta purificent: ⁊ operationis sue remedio: te nobis faciant esse placatum. Per dn̄m. Super populum Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Deus qui sperantibus in te misereri potius elegis/ q̄ irasci da nobis indignis digne flere mala que fecimus: vt tue cōsolatiōis gratiā inuenire

valeamus. Per dominum nostrũ iesum

Dñica in passiõe. Ad missã. Officium

Iudica me deus / et discer ne causam meam de gẽ te non sancta ab homine iniqua / et doloso eripe me: quia tu es deus meus et fortitudo mea. psalm⁹ Emitte lucẽ tuã et veritatẽ tuã: ipsa me deduxerũt et adduxerũt in montẽ scm̃ tuũ: et in tabernacula tua. Ab hac die vsqz ad pascha / non dicitur Gloria patri. post officium ad missam de temporali: nisi tantum in die cene quãdo episcopus celebrat. Oratio.

Quesumus omnipotens deus: familiam tuam propitius respice / vt te largiente regatur in corpore: et te seruante custodiatur in mente. Per dominũ nostrum iesum. Ad hebreos. ix.

Fratres. Christus assistens pontifex futurorũ bonorũ peramplius et perfecti⁹: tabernaculũ nõ manufactũ id est nõ hui⁹ creatiõis: neqz per sanguinẽ hyrcorũ aut vitulorũ: sed p̄ propriũ sanguinẽ introiuit semel in scã eterna redẽptione inuẽta. Si enim sanguis hyrcorũ aut taurorũ / et cinis vitule aspersus / inquinatos sanctificat ad emũdationẽ carnis: quãto magis sanguis christi / qui per spiritũ sanctũ semetipsum obtulit immaculatum deo / emundabit cõsciẽtiam nostrã ab operibus mortuis / ad seruiendũ deo viuẽti. Et ideo noui testamenti mediator est: vt morte intercedẽte in redẽptionẽ earũ preuaricationũ / q̃ erãt sub priori testamẽto: repromissionẽ accipiãt / qui vocati sunt eterne hereditatis. In christo iesu dño nostro. Gr. Eripe me de inimicis meis doce me facere voluntatem tuam. ℣. Liberator meus domine de gentibus iracundis ab insurgentibus in me exaltabis me: a viro iniquo eripies me. Tractus.

Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea. ℣. Dicat nunc israel: sepe expugnauerũt me a iuuẽtute mea. ℣. Etenim nõ potuerũt mihi: supra dorsũ meũ fabricauerũt peccatores. ℣. Prolõgauerũt iniq̃tatẽ sibi: dñs iustus cõcidet ceruices peccatorũ. S. ioha. viij.



In illo tẽpore. Dicebat iesus turbis iudeorũ et principibus sacerdotũ. Quis ex vobis arguet me de pctõ. Si veritatem dico: quare nõ creditis mihi. Qui ex deo est verba dei audit. Propterea vos nõ auditis: quia ex deo nõ estis. Respõderũt igit̃ iudei: et dixerũt ei. Nõne benedicimus nos quia samaritanus es tu: et demoniũ habes. Respondit iesus. Ego demoniũ nõ habeo: sed honorifico patrẽ meũ: et vos inhonorastis me. Ego autẽ nõ quero gloriã meã: est q̃ querat et iudicet. Amẽ amẽ dico vobis: si quis sermonẽ meũ seruauerit: mortẽ nõ videbit in eternũ. Dixerũt ergo iudei. Nunc cognouimus quia demoniũ habes. Abrahã mortuus est et prophete: et tu dicis / si q̃s sermonẽ meũ seruauerit / mortẽ nõ gustabit in eternũ. Nunquid tu maior es patre nostro abrahã / q̃ mortu⁹ est. Et prophete mortui sunt. Quẽ teipsum facis. Respõdit iesus. Si ego glorifico meipsum gloria mea nihil est. Est pater meus qui glorificat me quẽ vos dicitis: quia de⁹ vester est: et non cognouistis eũ. Ego autem noui eũ. Et si dixero quia nescio eũ: ero similis vobis mendax. Sed scio eũ et sermonẽ eius seruo. Abrahã pater vester exultauit vt videret diẽ meũ: vidit et gauisus est. Dixerũt ergo iudei: ad eum quinquaginta annos nondũ habes: et abrahã vidisti. Dixit eis iesus. Amẽ amẽ dico vobis: anteq̃ȝ abrahã fieret ego sum. Tulerũt ergo lapides vt iacerẽt in eum. Jesus autẽ abscondit se: et exiuit de templo. Offer. Confitebor tibi dñe in toto corde meo: retribue seruo tuo vt viuã: et custodiã sermões tuos viuifica me scdm̃ vbũ tuũ dñe. Secr.

Hostias fideliũ tuorũ omnipotens deus propitius intuere: et concede ne cathena scelẽ captiuos teneat quos passione filij tui in omnibus liberos esse

voluisti. Qui te. Prefatio quoti. Hac die
cantet hec cōio. Hoc corpus qđ pro vobis
tradet: hic calix noui testamenti est in meo san-
guine dicit dñs hoc facite quotiēscūq; sumitis
in meam commemorationem. Postcōio.

Adesto nobis q̄s dñe deꝰ noster: &
quos tuis mysteriꝫ recreasti: p
petuis defēde p̄sidijs. Per. ¶ Feria. ij.
post Judica. Ad missam. Officium.



Miserere mihi dñe/quoni
am cōculcauit me homo
tota die bellans tribula
uit me. ps. Conculcauerūt
me inimici mei tota die quo-
niam multi bellantes aduer-
sum me. Non dicitur Gloria patri. Flecta-
mus genua. Leuate. Oratio

Sanctifica quesumus domine no-
stra ieiunia: et cunctarum nobis
propitius indulgentiam largire culpa-
rum. Per dñm. Lectio ione pphete. iij.

In diebus illis. Factū est verbū do
mini ad ionā prophetā secundo di
cēs. Surge/ et vade in niniuē ciuitatē
magnā: et predica in ea p̄dicationē quā
ego loquar ad te. Et surrexit ionas: & a
bijt in niniuē/ iuxta verbū dñi. Et niniue
erat ciuitas magna: itinere dierū trium
Et cepit ionas introire ciuitatē itinere
diei vniꝰ et clamauit/ et dixit. Adhuc qua
draginta dies: et niniue subuertetur. Et
crediderūt viri niniuite in dño: & p̄dica-
uerūt ieiuniū: & vestiti sūt saccis a maio-
re vsq; ad minorē Et puenit verbū ad re
gē niniue: et surrexit de solio suo: et abie
cit vestimentū suū a se: et indutus est sac
co: & sedit in cinere/ et clamauit et dixit/
in niniue ex ore regis: & principū eius di
cēs. Hoies/ et iumēta & boues/ & pecora
nō gustēt q̄cq̄ nec pascant & aquā non bi-
bāt: & operiant saccis hoies/ & iumēta cla
mēt ad dñm in fortitudine. Et cōuertat
vir a via sua mala & ab iniq̄tate que est in
manibꝰ eius. Quis scit si quertat & igno
scat deꝰ: & reuertat a furore ire sue: & nō
peribimꝰ. Et vidit deꝰ opera eorū q̄a cō
uersi sunt de via sua mala. Et misertus
est deꝰ sup maliciā quā locutus fuerat vt

faceret eis & nō fecit. Et misertus est po-
pulo suo dñs deus noster. Gr. Deus ex-
audi orationē meā auribꝰ pcipe verba oris mei
℣. Deus in nomine tuo saluū me fac: et in vir-
tute tua libera me. Tr. Dñe nō secundū. vt s̄.
feria. vj. post Oculi. Scd̄m iohānem. vij

In illo tpe. Miserunt principes et
pharisei ministros: vt apprehēde
rēt iesum. Dixit ergo eis iesus. Adhuc
modicū tēpus vobiscū sū: et vado ad eū/
qui misit me. Queretis me: & nō inuenie
tis: et vbi ego sum: vos nō potestis veni-
re. Dixerunt ergo iudei: ad semetipsos
Quo hic iturus est q̄a nō inueniemꝰ eū.
Nunq̄d in dispersionē gentiū iturus est
& doceturꝰ gētes. Quis est hic sermo quē
dixit: queretis me: & nō inuenietis/ & vbi
sum ego: vos nō potestis venire. In no-
uissimo autē die magno festiuitatis: sta-
bat iesus: et clamabat dicēs. Si q̄s sitit
veniat ad me: & bibat. Qui credit in me:
sicut dicit scriptura: flumina de ventre
eius fluent aque viue. Hoc autē dixit de
spū: quē accepturi erāt: credētes in eum
Offer. Dñe cōuertere & eripe animā meā sal
uā me fac ppter miam tuā. ℣. Dñe ne in ira tua
arguas me: neq; i furore tuo corripias me. Sec.

Sacrificiū laudis de pceptione tuo
rū dñe deferimus presidiorū q̄s:
vt pcipienda securius veriusq; sumamꝰ
Per dñm. Prefa. Qui corporali ie. Cō.
Dñs virtutū: ipse est rex glorie. Postcōio.

Sacramenti tui quesumus domi-
ne participatio salutaris: et puri
ficationem nobis prebeat: et medelam.
Per dñm nostrum. Super populum.
Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Da q̄s dñe populo tuo spiritum ve
ritatis et pacis: vt te tota mente
cognoscat: et que tibi placita sunt pia de-
uotione exerceat. Per dñm. in vnitate
eiusdē spiritus sancti deus. ¶ Feria. iiij.
post Judica. Ad missam. Officium.



Expecta dominum viriliter
age: et confortetur cor tu-
um et sustine dominū. ps.
Dominꝰ illuminatio mea: et sa-
lus mea quem timebo. non vi

Glia. Flectam⁹ genua. Leuate. Oratio

Nostrã tibi quesumus dñe sint ac cepta ieiunia: que nos et expiando gratia tua dignos efficiãt: et ad remedia perducant eterna. Per dominum nostrum. Lectio danielis prophete. xiiij.

In diebus illis. Cõgregati sunt babylonij ad regẽ: et dixerũt ei. Trade nobis danielẽ qui bel destruxit / et draconẽ interfecit: alioquin interficiemus te / et domũ tuã. Uidit ergo rex q irruerẽt in eũ vehemẽter: et necessitate cõpulsus tradidit eis danielẽ Qui miserũt eũ in lacũ leonũ: et erat ibi sex diebus. Porro in lacu erãt leones septẽ: et dabantur eis quotidie duo corpora / et due oues. Et tũc nõ data sunt eis: vt deuorarẽt danielẽ. Erat aũt et abacuc propheta in iudea: et ipse coxerat pulmentũ / et intriuerat panes in alueolo / et ibat in campũ vt ferret messoribus. Dixitq angelus dñi: ad abacuc. Fer prãdiũ qd habes in babylonẽ danieli: q est in lacu leonũ. Et dixit abacuc. Dñe: babylonẽ nõ vidi: et lacũ nescio. Et apprehẽdit eũ angelus dñi in vertice eius: et portauit eũ capillo capitis sui posuitq eũ in babylonẽ super lacũ / in impetu spiritus sui. Et clamauit abacuc dicẽs. Daniel serue dei / tolle prãdiũ: qd tibi misit deus Et ait daniel. Recordatus enim es mei dñe deus meus: et nõ reliqsti diligẽtes te. Surgẽsq daniel comedit. Porro angelus dñi: restituit abacuc cõfestim in loco suo. Uenit ergo rex die septimo: vt lugeret danielẽ. Et venit ad lacũ: et introspexit. Et ecce daniel sedẽs in medio leonũ. Et exclamauit rex: voce magna dicẽs. Magnus es dñe: deus danielis. Et extraxit eum de lacu. Illos autẽ qui perditionis ei⁹ causa fuerant / intromisit in lacũ: et deuorati sunt in momento coram eo. Tunc rex ait. Paueãt omnes habitantes in vniuersa terra / deũ danielis: qa ipse est liberator et saluator: faciẽs signa et mirabilia / in celo et in terra. Qui liberauit danielẽ: de lacu leonũ. Gr. Discerne causã meã dñe: ab homine iniquo et doloso eripe me. ℣. Emitte lucẽ tuam et veritatẽ tuã ipsa me deduxerũt et adduxerũt in montẽ sanctum tuũ. Scdm iohannem. vij.

In illo tpe. Ambulabat iesus in galileã. Nõ eni volebat in iudeã ambulare: qa querebãt eũ iudei interficere Erat autẽ in proximo dies fest⁹ iudeorum cenophegia Dixerũt ergo ad eũ fratres eius. Trãsi hinc / et vade in iudeã: vt et discipuli tui videãt opera tua q facis Nemo quippe in occulto aliqd facit: et qrit ipse in palã esse. Si hec facis: manifesta te ipsum mũdo. Neq eni fratres ei⁹ credebãt i eũ. Dixitq eis ergo ies⁹. Tẽpus meũ nondũ aduenit: tẽpus aũt vestrũ sẽper est paratũ. Non potest mũdus odisse vos / me aũt odit: qa ego testimoniũ perhibeo de illo / qa opera ei⁹ mala sũt. Uos ascendite ad diẽ festũ hunc: ego autẽ non ascendã ad diẽ festũ istũ qa tẽpus meũ nõ dũ impletũ est. Hec cum dixisset: ipse mãsit in galilea. Ut autẽ ascẽderũt fratres eius: tunc et ipse ascendit ad diẽ festũ nõ manifeste / sed quasi in occulto. Judei ergo querebãt eũ in die festo: et dicebãt Ubi est ille. Et murmur mult⁹ erat de eo in turba. Quidã eni dicebãt / qa bonus est / alij autẽ dicebãt non: sed seducit turbas. Nemo tamen loquebat palã de illo: propter metũ iudeorũ. Offr. Sperent in te omnes qui nouerunt nomẽ tuũ dñe: quoniã nõ derelinquis querentes te: psallite dño qui habitat in syon: quoniã nõ est oblit⁹ orationẽ pauperũ. ℣. Sedes sup thronũ q iudicas equitatẽ: increpasti gẽtes et perijt impius: iudicare populũ cũ iustitia: et fact⁹ es refugiũ pauperũ. Sec.

Hostias tibi dñe deferimus immolandas q tẽporalẽ cõsolationẽ nobis impẽdãt: vt promissa certius / nõ desperemus eterna. Per dñm. Prefatio. Qui corporali. Cõ. Redime me deus israel ex omnibus angustijs meis. Postcõmunio

Da qs oĩps de⁹ vt q diuina sunt iugiter exequentes donis mereamur celestib⁹ propinquare. Per d. Sup populũ. Humiliate capita vra deo. Orõ.

Da nobis dñe quesumus perseuerantẽ in tua volũtate famulatũ vt in dieb⁹ nostris et merito et numero:

populus tibi seruiēs augeatur. Per dñs

¶ Fer. iiij. post Judica. Ad missā. Offiī.

Liberatoꝛ meus de gentibus iracundis: ab insurgētibus in me exaltabis me/ a viro iniquo eripe me domine. ps. Diligā te dñe fortitudo mea. dñs firmamētū meū ⁊ refugiū meū, nō dr̄ Gl'a. Flectamꝰ genua. Leua. Orō

Sanctificato hoc ieiunio deꝰ tuoꝝ coꝛda fideliū miseratoꝛ illustra/ et quibus deuotionis pꝛestas affectum: pꝛebe supplicantibus piū benignus auditū. Per dñz. Lectio libꝛi Leuitici .xix.

In diebus illis. Locutus est dñs ad moysen dicēs. Loquere ad vniuersum cetū filioꝛū israel: ⁊ dices ad eos Ego dñs deus vester. Nō facietis furtū non mentiemini: nec decipiet vnusq̇sq; pꝛoximū suū Nō periurabis in noīe meo nec polliues nomē dei tui. Ego dñs. Nō facies calūniā pꝛoximo tuo/ nec vi oppꝛimes eū. Nō moꝛabit opꝰ mercēnarij tui apud te/ vsq; mane Nō maledices surdo nec coꝛā ceco pones offendiculū/ sed timebis dñm deū tuū: q̇a ego sum dñs. Non facies qd̄ iniquū est/ nec iniuste iudicabis Non ꝯsideres personā pauperis: nec honoꝛes vultū potentis. Juste iudica pꝛoximo tuo. Non eris criminatoꝛ: nec susurro in populis. Non stabis contra sanguinē pꝛoximi tui. Ego dñs. Nō oderis fratrē tuū in coꝛde tuo: sed publice argue eū/ ne habeas super illo peccatū. Nō queras vltionē inimicoꝝ nec memoꝛ eris iniurie ciuiū tuoꝛū. Diliges amicū tuū: sicut teipsum. Ego dñs. Leges meas custodite. Ego eīn sum dñs deꝰ vester. Gr̄.

Exaltabo te dñe quoniā suscepisti me nec delectasti inimicos meos sup me. ℣. Dñe deꝰ meus clamaui ad te et sanasti me: dñe abstraxisti ab inferis animā meā saluasti me a descēdentibus in lacum. Tr̄. De necessitatibꝰ. vt̄s. fer. iiij. post Reminiscere. Scđm iohānē .x.

In illo tpe. Facta sunt encenia in hierosolymis/ et hyems erat: et ambulabat iesus in tēplo: in poꝛticu salomōis Circūdederūt ergo eū iudei: ⁊ dicebāt ei. Quousq; animā nostrā tollis: Si tu es xp̄s: dic nobis palā. Respōdit eis iesus. Loquoꝛ vobis: et nō creditis. Opera que ego facio in noīe patris mei: hec testimoniū perhibēt de me. Sed vos nō creditis: q̇a nō estis ex ouibus meis. Oues mee vocē meā audiūt: et ego cognosco eas/ ⁊ sequūtur me. Et ego vitā eternā do eis/ et nō peribūt ineternū/ ⁊ nō rapiet eas q̇sq̄ de manu mea. Pater meus quod dedit mihi maius oībus est: et nemo potest rapere de manu patris mei. Ego et pater: vnū sumus. Sustulerunt ergo lapides iudei: vt lapidarēt eū. Respōdit eis iesus. Multa bona opera ostēdi vobis ex patre meo: propter quod eorū opus me lapidatis. Responderunt ei iudei. De opere bono nō lapidamus te: sed de blasphemia. Et q̇a tu homo cū sis: facis teipsū deū. Respōdit eis iesus. Nōne scriptum est in lege vestra: quia ego dixi dij estis. Si illos dixit deos ad quos sermo dei factꝰ est/ et nō potest solui scriptura: quem pater sanctificauit et misit in mundū/ vos dicitis quia blasphemas: quia dixi filius dei sum. Si nō facio opera patris mei: nolite credere mihi. Si autem facio/ et si mihi non vultis credere operibꝰ credite. Ut cognoscatis ⁊ credatis: quia pater in me est: et ego in patre. Offr̄.

Eripe me de inimicis meis deus meus: et ab insurgentibus in me libera me domine. ℣. Quia ecce captauerunt animā meam et irruerunt in me fortes. Secreta.

Annue nobis q̄sumus misericoꝛs deus: vt hostias placatiōis ⁊ laudis/ sincero tibi deferamus obsequio. Per Pꝛefatio. Qui coꝛpoꝛali. Cō.

Lauabo inter innocentes manus meas: et circuibo altare tuum domine: vt audiam vocem laudis tue: et enarrem vniuersa mirabilia tua. Postcōio.

Celestis doni benedictione percepta/ supplices te deꝰ omnipotens depꝛecamur: vt hoc idē nobis ⁊ sacramēti causa sit/ et salutis. Per dñm. Super populū. Humiliate capita vr̄a deo. Orō.

Adueniat q̄sumus dñe misericoꝛdia spata supplicibꝰ: ⁊ eis celesti

munificentia tribuat: quatenus et recte
petēda postulēt et postulata pcipiant. p.
Feria. v. post Judica. Ad missam. Offm
O Mnia que fecisti nobis dñe
in vero iudicio fecisti: quia
peccauimus tibi/et manda
tis tuis nō obediuimus sed
da gloriā nomini tuo: et fac
nobiscū scdm multitudinē mie tue. ps. Ma
gn⁹ dñs et laudabilis nimis: in ciuitate dei nři:
in mōte scō eius. Non dr Gloria. Oremus
Flectam⁹ genua Leuate. Oratio.
P Resta quesumus omnipotēs de
us: vt dignitas conditiōis huma
ne per immoderantiā sauciata; medici
nalis parcimōie studio reformetur. Per
dnm. Lectio danielis prophete iij.
I N diebus illis. Orauit daniel di
cēs. Dñe deus israel ne despicias
populū tuū neqz auferas miam tuā a no
bis. Propter abrahā dilectū tuū/ et ysa
ac seruū tuū/et israel sanctū tuū: quibus
locut⁹ es pollicēs q multiplicares semē
eorū sicut stellas celi / et sicut arenā q est
in littore maris. Quia dñe imminuti su
mus plusq oēs gētes: sumusqz humiles
in vniuersa terra hodie pter pctā nřa.
Et nō est in tēpore hoc princeps et dux/
et propheta/ neqz olocaustū: neqz sacrifi
ciū/neqz oblatio / neqz incēsum neqz loc⁹
primitiarū corā te/ vt possimus inuenire
misericordiā tuā/ sed in animo cōtrito et
spiritu humilitatis suscipiamur. Sicut
in olocausto arietū et taurorū et sicut in
milibus agnorū pinguiū sic fiat sacrifici
um nostrū in conspectu tuo hodie vt pla
ceat tibi/ qm nō est cōfusio cōfidētibus in
te. Et nūc dñe seqmur te in toto corde: et
timemus te/et querimus faciē tuā. Ne
cōfundas nos/ sed fac nobiscū iuxta man
suetudinē tuā: et secundū multitudinem
misericordie tue. Et erue nos in mirabi
libus tuis: et da gloriā nomini tuo dñe/
et confundātur oēs qui ostēdūt seruis
tuis mala. Confundātur in oipotentia/
et robur eorū cōteratur. Et sciāt quia tu
es dñs de⁹ sol⁹: et gloriosus sup oēm ter
ram: dñs deus/nř. Gr. Tollite hostias et

introite in atria eius: adorate dñm in aula scā
eius. V. Reuelabit dñs cōdēsa: et in tēplo eius
oēs dicent gloriā. Secundū Johannē. vij.
I N illo tpe. Cū audissent quidā de
turba sermones iesu: dicebāt. Hic
est vere ppheta. Alij dicebāt. Hic est xps
Quidā autē dicebant. Nunqd a galilea
christus venit. Nōne scriptura dicit: qa
ex semine dauid et de bethleē castello vbi
erat dauid venturus est xps. Dissentio
itaqz facta est in turba pter eū. Quidā
aūt ex ipis volebāt apprehēdere eū: sed
nemo misit sup illū manus. Venerūt er
go ministri ad pontifices et phariseos: et
dixerūt eis illi Quare nō adduxistis eū.
Rñderunt ministri. Nūqz sic locutus est
homo: sicut hic loqtur Rñderūt ergo eis
pharisei. Nūqd et vos seducti estis: nun
qd aliqs ex principib⁹ credidit in eū aut
ex phariseis Sed turba hec q non nouit
legē: maledicti sunt. Dixit nichodemus
ad eos/ille q venit ad eum nocte: q vnus
erat ex ipis Nūqd lex nřa iudicat hoiem
nisi prius audierit ab ipso: et cognouerit
qd faciat. Rñderunt et dixerūt ei. Nun
qd et tu galileus es. Scrutare scriptu
ras/et vide: qa propheta a galilea nō sur
git. Et reuersi sunt vnusquisqz in domū
suā. Offr. Super flumina babylonis illic se
dim⁹ et fleuim⁹: dū recordaremur tui syon. V.
Memēto dñe filiorū edom: in die hirlm. Sec.
D Omie de⁹ noster q in his potius
creaturis quas ad fragilitatis
nostre subsidiū condidisti: tuo quoqz no
mini munera iussisti dicanda cōstitui: tri
bue quesum⁹: vt et vite nobis presentis
auxiliū et eternitatis efficiant sacramen
tum. Per dominū. Prefatio. Qui cor
porali ieiunio. Cōio. Memento verbi tui
seruo tuo domine in quo mihi spem dedisti: hec
me consolata est in humilitate mea. Postcōio
Q Uod ore sumpsimus domine pura
mente capiam⁹: et de munere tē
porali fiat nobis remedium sempiternū
Per dominum. Super populum. Humi
liate capita vestra deo. Oratio.
E Sto quesumus domine propiti⁹
plebi tue: vt que tibi non placēt re

spuens: tuorum potius repleantur dele ctationibus mandatorum. Per dominum.

¶ Feria. vj. post Judica. Officium.



Miserere mihi domine quoniam tribulor: libera me, et eripe me de manibus inimicorum meorum: et a persequentibus me domine non confundar quoniam inuocaui te. Ps. In te domine speraui non confundar in eternum: in iustitia tua libera me. non dicitur. Gloria. Flec. ge. le. Oro.

Cordibus nostris quesumus domine auxilium gratie tue benignus infunde: vt peccata nostra castigatione voluntaria cohibentes temporaliter potius maceremur quam suppliciis deputemur eternis. Per dominum nostrum. Lectio hieremie prophete. xvij.

In diebus illis. Dixit hieremias. Domine, omnes qui te derelinquunt confundentur. Recedentes a te in terra scribentur: quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentium dominum. Sana me domine et sanabor: saluum me fac et saluus ero: quoniam laus mea tu es. Ecce ipsi dicunt ad me. Ubi est verbum domini? Ueniat. Et ego non sum turbatus te pastorem sequens: et diem hominis non desideraui tu scis. Quod egressum est de labiis meis: rectum in conspectu tuo fuit. Non sis mihi tu formidini: spes mea tu in die afflictionis. Confundantur qui me persequuntur: et non confundar ego. Paueant illi: et non pauream ego. Induc super eos diem afflictionis: et duplici contritione contere eos: domine deus noster. Gr. Pacifice loquebantur mihi inimici mei: et in ira molesti erant mihi. V. Uidisti domine deus meus ne sileas ne discedas a me. Tr. Domine non secundum. vt s. feria. vj. post Oculi. Secundum iohannem. xj.

In illo tempore. Collegerunt pontifices et pharisei consilium aduersus iesum et dicebant. Quid facimus quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eum sic omnes credent in eum. Et venient romani: et tollent nostrum locum et gentem. Unus autem ex ipsis cayphas nomine: cum esset pontifex anni illius: dixit eis. Uos nescitis quicquam nec cogitatis: quia expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo, et non tota gens pereat. Hoc autem a semetipso non dixit: sed cum esset pontifex anni illius prophetauit: quia iesus moriturus erat pro gente. Et non tantum pro gente: sed vt filios dei qui erant dispersi congregaret in vnum. Ab illo ergo die: cogitauerunt vt interficerent eum. Jesus ergo iam non in palam ambulabat apud iudeos: sed abijt in regionem iuxta desertum in ciuitatem que dicitur effrem. Et ibi morabatur: cum discipulis suis. Offer. Benedictus es domine doce me iustificationes tuas: et non tradas calumniantibus me superbis: et respondebo exprobrantibus mihi verbum. V. Uidi non seruantes pactum: et tabescebam: domine quando facies de persequentibus me iudicium. Secreta.

Presta nobis quesumus misericors deus vt digne tuis seruire semper altaribus mereamur: et eorum perpetua participatione saluari. Per. Prefa. Qui corpo. Como. Ne tradideris me domine in animas persequentium me quia insurrexerunt in me testes iniqui: et mentita est iniquitas sibi. Postcomo.

Sumpti sacrificij domine perpetua nos tuitio non derelinquat: et noxia semper a nobis cuncta repellat. Per dominum nostrum. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Concede nobis quesumus domine veniam peccatorum et religionis augmentum, atque vt in nobis tua dona multiplices tuis fac mandatis promptiores. Per dominum nostrum. ¶ Sabbato post. Judica.

Miserere mihi domine quoniam tribulor, libera me et eripe me de manibus inimicorum meorum et a persequentibus me: domine non confundar quoniam inuocaui te. Ps. In te domine speraui non confundar in eternum: in iustitia tua libera me. Non dicitur. Gloria. Flectamus genua. Le. Oro.

Proficiat quesumus domine plebs tibi dicata pie deuotionis affectu vt sacris actionibus erudita: quanto maiestati tue fiat gratior tanto donis potioribus augeatur. Per dominum nostrum. Lectio hieremie prophete. xviij.

In diebus illis. Dixerunt impij iudei ad inuicem. Uenite, cogitemus contra iustum: cogitationes. Non enim peribit lex a sacerdote, neque consilium a sapiente: nec

sermo a ꝓpheta. Venite et percutiam⁹ eũ lingua: ⁊ nõ attẽdamus ad vniuersos sermões eius. Attẽde dñe ad me: ⁊ audi voces aduersarioꝛũ meoꝛũ. Nunqd red ditur pro bono malũ: quia foderũt foueã anime mee. Recoꝛdare ꝙ steterim in cõ spectu tuo vt loquerer pꝛo eis bonum ⁊ auerterẽ indignationẽ tuã ab eis. Pꝛo pterea da filios eoꝝ in famẽ ⁊ deduc eos in manus gladij. Fiãt vxoꝛes eoꝝ absqꝫ liberis et vidue: ⁊ viri earũ interficiant moꝛte. Juuenes eoꝛũ cõfodiãtur gladio in ꝑlio: audiat clamoꝛ de domibus eoꝝ. Adduces eñ sup eos latrões repẽte: qꝛ foderũt foueã vt caperẽt me: et laqos ab scõderũt pedib⁹ meis Tu aũt dñe scis oẽ ↄsiliũ eoꝝ: aduersum me in moꝛtẽ. Ne ꝓ pitieris iniqtati eoꝛũ: ⁊ peccatũ eoꝝ a fa cie tua nõ deleatur. Fiãt coꝛruẽtes in cõ spectu tuo: in tpe furoꝛis tui: dñe de⁹ me us. Gr. Pacifice loqbãtur mihi inimici mei: et in ira molesti erãt mihi. V. Vidisti dñe deus me⁹ ne sileas: ne discedas a me. Scdʒ iohã. vj.

Alma cohors dñi: nũc pãgat noia summi. Messias/ sother/ emanuel/ sabaoth/ adonay. Est vnigenitꝰ/ via/ vita/ manus/ homo/ vsyon. Principium primogenitus/ sapiẽtia/ virtus. Alpha/ caput/ finisqz simul vocitatur et est oo. Fons/ et origo boni/ paraclytꝰ ac mediator. Agnꝰ/ ouis/ vitulus/ serpẽs/ aries/ leo/ vermis. Os/ verbũ/ splẽdor/ sol/ gloria/ lux/ et ymago. Panis/ flos/ vitis/ mõs/ ianua/ petra/ lapisqz. Angelꝰ: et sponsus/ pastorqz/ ppheta/ sacerdos. Athanatos/ kyrios/ theon/ panthon/ craton/ et ysus. Saluificet nos. Sit cui secla. Per omnia doxa. Secundum Lucam. ix.

In illo tpe. Cõuocatis iesꝰ duodecim apl'is dedit illis vtutẽ et potestatẽ sup oia demõia: vt et lãguores curarẽt. Et misit illos pdicare regnũ dei: et sanare infirmos. Et ait ad illos. Nihil tuleritis in via: neqz virgã/ neqz perã/ neqz panẽ/ neqz pecuniam/ neqz duas tunicas habeatis. Et in quãcũqz domũ intraueritis ibi manete: et inde ne exeatis. Et qcũqz nõ receperit vos: exeũtes de ciuitate illa: etiã puluerẽ pedũ vrorũ excutite in testimoniũ supra illos. Egressi aũt circuibãt p castella euãgelizãtes: et curãtes vbiqz. Credo. Offe. Cõfirma hoc deus: qd operatus es in nobis a templo tuo qd est in hierlm tibi offerẽt reges mũera allã. Secre.

Virtute scti spũs dñe mũera nostra cõtinge: vt qd solẽnitate presenti tuo noi dedicauit/ et intelligibile nobis faciat et eternũ. Per d. in vni. eiusd. Cõio. Factꝰ est repẽte de celo sonꝰ: aduenientis spũs vehemẽtis: vbi erãt sedẽtes alleluya: et repleti sunt omnes spiritu sancto/ loquẽtes magnalia dei: alleluya alleluya. Postcõmũio.

Sacrificijs celestibꝰ quesumꝰ dñe operante spiritu sancto: vitia nostra purgẽtur: vt muneribꝰ tuis semper possimꝰ aptari. Per eũdẽ. in vni. eiusdẽ.

Feria.vi.quatuor tẽporum. Officium.

Repleatur os meũ laude tua allã: vt possim cantare allã: gaudebũt labia mea dũ cantauero tibi allã allã. Ps. In te dñe speraui: nõ confundar in eternũ: in iustitia tua libera me et eripe me. Oro.

Da quesumus ecclesie tue misericors deus vt spũ sancto cõgregata hostili nullatenꝰ incursione turbetur. Per dñm. in vni. Lectio actuũ aposto. ii.

In diebꝰ illis. Aperiẽs petrꝰ os suum dixit. Viri israelite: audite verba hec. Jesum nazarenũ virũ approbatũ a deo in vobis: virtutibꝰ et pdigijs et si

gnis q̄ fecit per illū deus in medio vr̄i sicut vos scitis: hūc definito cōsilio ⁊ p̄scientia dei traditū p manus iniquoꝝ affigentes interemistis. Quē de⁹ suscitauit: solutis doloꝛibus inferni: iuxta qđ impossibile erat teneri illū ab eo. Dauid em̄ dicit in eū. Prouidebā dn̄m i cōspectu meo semp: q̄m a dextris est mihi ne cōmouear. Propter hoc letatū est coꝛ meū: et exultauit lingua mea: insup et caro mea requiescet in spe. Qm̄ nō derelinques animā meā in inferno: nec dabis sctm̄ tuū videre coꝛruptionem. Notas mihi fecisti vias vite: replebis me iocunditate: cū facie tua. Alla. ℣. Emitte spiritū tuū ⁊ creabūtur: ⁊ renouabis faciē terre. Alla. ℣. Spiritus dn̄i repleuit orbē terrarū: ⁊ hoc qđ continet oia scientiam habet vocis. Sequentia

Laudes deo deuota. Dulce voce ac sonoꝛa. Plebs resultet catholica. Spiritus scti gr̄a. Ap̄lis die hodierna. In igneis linguis est infusa. Paracliti p̄sentia. Emūdet nos a p̄cti macula. Pura sibi aptās habitacula. Charismatū munera. Pectoꝛibus nr̄is pius infundat. Vita nr̄a ei vt cōplaceat. Per sclo⁊ū scla. Cōclamem⁹ alla. Sit deo laus/potestas/honoꝛ/vtus ⁊ gl̄ia. Scd̄m lu. v.

In illo tp̄e. Factū est in vna dierū: et ies⁹ sedebat docēs. Et erāt pharisei sedētes ⁊ legisdoctoꝛes/ q̄ venerāt ex omni castello galilee ⁊ iudee ⁊ hierl'm et virtus dn̄i erat ad sanandū eos. Et ecce viri poꝛtātes in lecto hoīem q̄ erat paralyticus ⁊ querebāt eū inferre/ et ponere ante eū. Et nō inueniētes qua parte illū inferrēt p̄e turba: ascēderūt supꝛa tectū: et per tegulas submiserūt illum cū lecto in medio ante iesum. Quoꝝ fidē vidit: dixit. Homo / remittūtur tibi p̄ctā tua. Et ceperūt cogitare scribe et pharisei: dicētes Quis est hic q̄ loq̄tur blasphemias. Quis potest dimittere peccata: nisi solus deus. Vt cognouit aūt iesus cogitatiōes coꝝ: respondēs dixit ad illos. Quid cogitatis mala in coꝛdib⁹ vestris Quid est facili⁹ dicere: dimittūt tibi peccata: an dicere/ surge et ambula. Vt aūt sciatis q̄a fili⁹ hoīs habet potestatē in terra dimittēdi p̄ctā: ait paralytico. Tibi dico surge: tolle lectū tuū / ⁊ vade in domū tuā. Et cōfestim surgēs coꝛā illis: tulit lectū in quo iacebat: et abiit i domū suā magnificās deū. Et stupoꝛ app̄hendit oēs ⁊ magnificabāt deū. Et repleti sunt timore dicētes: q̄a vidimus mirabilia hodie. Credo. Offer. Lauda anima mea dominū: laudabo dominū in vita mea psallā deo meo q̄diu ero alleluya. Secreta.

Sanctifica dn̄e tuis oblata cōspectibus: ille ignis diuin⁹ assumat: q̄ discipuloꝝ xp̄i tui p spm̄ sctm̄ coꝛda succēdit. Per eūd. i vni. e. Cōio. Sp̄us vbi vult spirat: et vocē eius audis: sed nescis vnde veniat aut quo vadat alla alleluya. Postcōio

Concede q̄s oīp̄s de⁹: vt hui⁹ p̄ceptiōe sacramēti: ita nr̄e fragilitatis vicia expurgēt quatenus p spm̄ sctm̄ repꝛomissū in nobis donū tue gr̄e sentiam⁹. p d. i vni. eiu. ¶ Sab. iiij. spm̄ Offi.

Charitas dei diffusa est i coꝛdib⁹ vr̄is alla: p inhabitātē spm̄ ei⁹ in vobis alla alla. ℣. Dn̄e deus salutis mee: in die clamaui et nocte coꝛam te. Kyrie et solemniter dr̄ absq̄ ℣. Sequat Gl̄ia in excelsis, sicut infra oct. cū regi. cho. Oēs oꝛones sine Dn̄s vo. dn̄r p̄ter vltimā q̄ est añ epist. s; tm̄ cū Oꝛem⁹. Et oēs lect. cū suis titulis legāt ad grad. cho. in suppel. Pꝛia vo ⁊c. ab acco. ⁊ alie a clericis de. ii. foꝛma legāt tm̄. v ⁊c. ab aliquo de supioꝛi gradu legat. Et singula Alla. a duobus pueris in suppellicijs ibidē cantētur sine repetitione Alla. post suū v'sum. Oꝛatio

Mentib⁹ nr̄is q̄s dn̄e spm̄ sctm̄ benign⁹ infunde: cuius ⁊ sapientia cōditi sum⁹: et p̄uidentia gubernamur Per. in vni. eiusd. Lctō iohelis p̄phe. ij.

Hec dicit dn̄s deus Effundā de spū meo sup oēm carnē/ ⁊ p̄phetabūt filii vestri/ et filie vestre. Senes vr̄i somnia somniabūt: ⁊ iuuenes vr̄i visiōes videbūt. Sed et super seruos meos et ancillas meas in diebus illis: effundam de spiritu meo/ et dabo pꝛodigia in celo sur

sum/et signa in terra deorsum/sanguinē et ignē/et vaporē fumi. Sol cōuertetur in tenebras: et luna in sanguinē: ante q̄ veniat dies dñi magnus et horribilis. Et erit. Ois q̄cunq; inuocauerit nomen dñi saluꝰ erit. Alla. V. Emitte spūm tuū et creabūtur: et renouabis faciē terre. Non repetat Alla. post V. sed d. Oremus. Oro.

Illo nos igne q̄s dñe spūs sctūs inflāmet: quē dñs nr̄ iesꝰ xp̄s misit in terrā: et voluit vehemēter accēdi Qui tecū. in vni. eiusdē. Lect. libri leuitici. xxiij.

In diebus illis. Locutus est dñs ad moysen dicens. Loquere filijs isrl̄: et dices ad eos. Cū ingressi fueritis terrā quā ego dabo vobis: et messueritis segetem/feretis manipulos spicarū: primitias messis vr̄e ad sacerdotē. Qui eleuabit fasciculū corā dño vt acceptabilis sit p̄ vobis altero die sabbati et scificabit illū. Numerabitis ergo ab ipo die: in quo obtulistis manipulos primitiarū septē ebdomadas plenas vsq; ad alterum diē expletiōis ebdomade septime. Et sic offeretis sacrificiū nouū dño: ex oibꝰ habitaculis vr̄is. Panes primitiarū duos de duabꝰ decimis simile: quos eleuabit sacerdos corā dño. Et vocabitis hūc diē celeberrimū atq; sctissimū. Omne opus seruile: nō facietis in eo. Legittimū sempiternū erit in cūctis habitaculis et generationibꝰ vr̄is. Dicit dñs oīps. Alla. V. Ueni sancte spiritus: reple tuorū corda fideliū et tui amoris in eis ignem accende. Oratio.

Deus q̄ ob animarū medelā ieiunij deuotione/castigari corpora precepisti: cōcede nobis p̄pitius: et mente et corpore semp̄ tibi esse deuotos. Per dominum. Lectio deuteronomij. xxvi.

In diebus illis. Dixit moyses filijs israel. Audi israel: que ego precipio tibi hodie. Cū intraueris terram quā dñs deus tuus daturꝰ est tibi possidēdā: et obtinueris eā: atq; habitaueris in ea: tolles de cūctis frugibus tuis primitias/et pones i cartallo. Pergesq; ad locū quē elegerit dñs deꝰ tuus: vt ibi inuocetur nomē eiꝰ. Accedesq; ad sacerdotē q̄ fuerit in diebꝰ illis: et dices ad eum Profiteor hodie corā dño deo tuo: q̄ exaudiuit nos: et respexit humilitatē nostrā et laborē nostrū/atq; angustias: et eduxit nos de egypto in manu forti et brachio extēto. In ingēti pauore/in signis atq; portētis: et introduxit nos ad locū istū: et tradidit nobis terrā lacte et melle manantē. Et idcirco nūc offero primitias frugū terre: quā dñs deus tuus dedit mihi. Et dimittes eas in cōspectu domini dei tui: et adorato dño deo tuo: epulaberis in oibus bonis que dñs deus tuus dederit tibi. Alleluya. V. Loquebantur varijs linguis ap̄li magnalia dei. Oratio.

Presta q̄s oīps deus vt salutaribꝰ ieiunijs eruditi: ab oibꝰ etiā vitijs abstinētes: p̄pitiationē tuā faciliꝰ impetremꝰ. Per. Lect. libri leuitici. xxvi.

In diebus illis Dixit dñs ad moysen. Loq̄re filijs israel: et dices ad eos. Si in p̄ceptis meis ambulaueritis et mādata mea custodieritis/et feceritis ea: dabo vobis pluuias tēporibꝰ suis: et terra gignet germē suū/et pomis arbores replebūtur. App̄hēdet messiū tritura vindemiā: et vindemia occupabit sementē. Et comedetis panē vr̄m in saturitate: et absq; pauore habitabitis in terra vr̄a. Dabo pacē in finibꝰ vr̄is: dormietis et nō erit q̄ exterreat. Auferā malas bestias a vobis: et gladiꝰ nō trāsibit terminos vestros. Persequimini inimicos vestros: et corruent corā vobis. Persequētur quinq; de vr̄is cētū alienos: et cētū de vobis decem milia. Cadēt inimici vr̄i: in cōspectu vr̄o gladio. Respiciā vos et crescere faciā. Multiplicabimini: et firmabo pactū meū vobiscū Comedetis vetustissima veterū: et vetera nouis superuenientibꝰ p̄iicietis. Ponā tabernaculum meū in medio vestri: et nō abijciet vos vl̄tra aīa mea. Ambulabo inter vos: et ero vester deus: vosq; eritis pp̄ls meus. Dicit dñs oīps. Alla. V. Factus est repēte de celo sonus aduenientis spūs vehemētis. Oro.

Presta quesumꝰ oīps deꝰ: sic nos ab epulis carnalibꝰ abstinere: vt

a viciis irruentibus pariter ieiunemus Per dñm. Lectio danielis pphete. iii.

Angelus dñi descēdit cū azaria ꝛ socijs eius in fornacē: et excussit flāma ignis de fornace / ꝛ fecit mediū fornacis quasi ventū roris flantem. Flāma aūt diffusa est super fornacē cubitis quadraginta nouem: ꝛ incendit quos repperit iuxta fornacē de caldeis ministros regis qui eam incēdebāt. Illos aūt omnino nō tetigit ignis / neqꝫ cōtristauit / nec quicꝙ molestie intulit. Tūc hi tres quasi ex vno ore laudabāt: et glorificabāt et benedicebāt deum in fornace: dicentes. Benedictus es dñe deus patrū nostrorū et laudabilis et gloriosus et superexaltatus in secula. Et benedictū nomen glorie tue quod est sanctū: et laudabile ꝛ superexaltatū in omnibus seculis. Benedictus es in templo sancto glorie tue: ꝛ superlaudabilis ꝛ supergloriosus in secula. Bñdictus in throno regni tui: et suplaudabilis et superexaltatus in sc̄la. Hic finatur in. xl. Bñdictus es super sceptrū regni diuinitatis tue: et suplaudabilis ꝛ superexaltatus in secula. Benedictꝰ es qui intueris abyssos / et sedes sup cherubin: ꝛ laudabilis ꝛ superexaltatꝰ in secula. Benedictus es qui ambulas super pēnas ventorū et sup vndas maris: et superlaudabilis et superexaltatus in secula. Benedictus es in firmamento celi: ꝛ laudabilis et gloriosus in secula. Benedicite oīa opera dñi dño: benedicite celi dño. bñdicite angeli dñi dño. Hymnū dicite ꝛ superexaltate eū in secula. Bñdicite aque oēs que sup celos sunt dño: bñdicite oēs virtutes dñi dño: bñdicite sol ꝛ luna dño. Hymnū dicite: et superaltate eū in secula. Bñdicite stelle celi dño: bñdicite imber ꝛ ros dño / benedicite oēs spūs dei dño. Hymnū dicite: et superaltate eū in sc̄la. Bñdicite ignis ꝛ estus dño / bñdicite noctes et dies dño / bñdicite tenebre ꝛ lumē dño. Hymnū dicite: et superaltate eū in secula. Bñdicite frigꝰ et cauma dño / bñdicite pruina ꝛ niues dño: benedicite fulgura et nubes dño. Hymnū dicite: et superaltate eū in secula. Bñdicat terra dñm bñdicite mōtes et colles dño: bñdicite omnia nascentia terre dño. Hymnū dicite / et superexaltate in secula. Benedicite maria ꝛ flumia dño: benedicite fontes domino / bñdicite cete et omnia que mouentur in aquis dño. Hymnū dicite: et superexaltate eum in secula. Benedicite volucres celi dño: benedicite bestie ꝛ vniuersa pecora dño / bñdicite filij hoīm dño. Hymnū dicite / et superaltate eū in secula. Bñdicat israel dñm: bñdicite sacerdotes dñi dño / bñdicite serui dñi dño Hymnū dicite: ꝛ superaltate eū in secula Benedicite spūs ꝛ anime iustorū dño: benedicite sancti et humiles corde domino Hymnū dicite: ꝛ superexaltate eum in secula. Benedicite anania azaria / misael dño. Hymnū dicite: et superexaltate eū in secula. ¶ In vigilia sancte trinitatis et in mense septembris tota legatur lectio. Duo clerici de secunda forma in superpelliciis ad gradū chori dicāt. Allā. ℣. Bñdictus es dñe deus patrū nostrorum: et laudabilis in sc̄la. Non repetatur Allā. Sequatur Dñs vobiscū. Oremus. Oratio

Deus qui tribus pueris mitigasti flāmas igniū: cōcede propitius: vt adueniente spiritu sctō: nos famulos tuos nō exurat flāma vitiorū. Per dñm in vnitate eiusdē. Lectō actuū apłorū. iii.

In diebus illis. Cōuenit vniuersa ciuitas audire verbū dei. Videntes aūt turbas iudei / repleti sunt zelo: et cōtradicebāt his q̄ a paulo dicebātur blasphemātes. Tūc ɔstāter paulus ꝛ barnabas dixerūt. Vobis oportebat primū loqui verbū dei: sed qm̄ repulistis illud / et indignos vos iudicastis eterne vite: ecce conuertimur ad gētes. Sic eīm nobis precepit dñs. Posui te in lucē gētibus vt sis in salutem vsqꝫ ad extremū terre. Audientes autem gentes gauisi sunt: ꝛ glorificabant verbū dñi: ꝛ crediderūt quotquot erāt preordinati ad vitā eternā. Disseminabatur aūt verbū dñi per vniuersam regionē. Iudei autem cōcitauerūt religiosas mulieres honestas ꝛ primos

ciuitatis: et excitauerũt persecutionẽ in paulũ et barnabã: et eiecerũt eos de finib9 suis. At illi excusso puluere pedũ in eos: venerũt yconiũ. Discipuli quoqȝ replebantur gaudio: et spiritu sancto. Et legat in pulpito: qua lecta: duo clerici de superiori gradu in cappis sericis ibidẽ dicãt. Alla. V. Laudate dñm omnes gentes: et collaudate eũ oĩs populi. Repetatur. Alla. sine neuma. Sequen. Alma cohors. vt s. fer. v. precedẽte fo. lxxxij. Scdm lucã. iiij.



IN illo tempore. Surgens iesus de synagoga: introiuit in domũ symõis. Socrus aũt symonis tenebat magnis febribus. Et rogauerũt illũ pro ea. Et stans super illã imperauit febri: et dimisit illã. Et cõtinuo surgens: ministrabat illis. Cũ sol autẽ occidisset: omnes q̃ habebãt infirmos varijs languorib9 ducebãt illos ad eũ. At ille singulis manus imponẽs: curabat eos. Exibãt aũt demonia a multis: clamantia et dicentia/ q̃a tu es filius dei. Et increpans: nõ sinebat ea loqui: quia sciebant ipsum esse christum. Facta aũt die: egressus ibat per desertũ locũ/ et turba requirebãt eũ. Et venerũt vsqȝ ad christũ: et detinebãt illum: ne discederet ab eis. Quibus ille ait: quia et alijs ciuitatibus oportet me euãgelizare: regnũ dei. Credo. Offr. Dñe deus salutis mee: in die clamaui et nocte corã te: intret oratio mea in conspectu tuo dñe alla. Secreta

MItte dñe quesum9 spiritum sanctũ: qui et hec munera presentia tuũ nobis efficiat sacramentũ/ et ad hoc percipiendũ/ nostra corda purificet Per dñm. in vnitate eiusdẽ. Cõio Non vos relinquã orphanos: veniã ad vos iterum alla: et gaudebit cor vestrũ: alla alla. Postcõmunio.

DRebeat nobis dñe diuinũ tua sancta feruorẽ quo eorũ pariter et actu delectemur et fructu Per d. in vni. e.



In die sancte trinitatis Officium.



BEnedicta sit sancta trinitas: atqȝ indiuisa vnitas cõfitebimur ei: quia fecit nobiscũ misericordiam suã. ps Benedicamus patrẽ et filiũ cũ sancto spũ. Nõ dr vlteri9. Oro

OMps sempiter deus qui dedisti famulis tuis in cõfessione vere fidei eterne trinitatis gloriam agnoscere: et in potentia maiestatis adorare vnitatẽ quesum9: vt eiusdem fidei firmitate/ ab omnibus semper muniamur aduersis. Qui viuis et regnas. Lectio libri apocalipsis beati iohannis apostoli. iiij.

IN diebus illis. Vidi ostium apertum in celo: et vox prima quã audiui: tanqȝ tube loquentis mecũ dicens Ascende huc/ et ostendam tibi que oportet fieri cito post hec. Statim fui in spiritu. Et ecce/ sedes posita erat in celo/ et supra sedem sedens. Et qui sedebat: similis erat aspectui lapidis iaspi-

dis et sardinis. Et iris erat in circuitu sedis: similis visioni smaragdine. Et in circuitu sedis: sedilia viginti quatuor. Et super thronos vigintiquatuor seniores sedētes: circūamicti vestimentis albis / et in capitibus eorum corone auree. Et de throno procedebāt fulgura: ⁊ voces ⁊ tonitrua. Et septē lampades ardētes ante thronū: que sunt septē spiritus dei. Et in conspectu sedis: tāq̄ mare vitreū simile cristallo. Et in medio sedis et in circuitu sedis: quatuor animalia plena oculis ante et retro. Et aial primū: simile leoni. Et scdm aial simile vitulo. Et tertiū animal habēs faciē quasi hominis. Et quartū aial: simile aquile volāti. Et quatuor animalia: singula eorū habebant alas senas. Et in circuitu ⁊ intus plena sūt oculis: et requiē nō habebāt die ac nocte dicētia. Sanctus / sctūs / sctūs dñs deus omnipotēs: q̄ erat / et q̄ est / et qui vēturꝰ est. Et cū darēt illa aialia gloriā ⁊ honorē / ⁊ benedictionē: sedēti super thronū viuenti in scla seculorū: pcidebāt viginti quatur seniores ante sedentē in throno. Et adorabāt viuentē: in secula seculorū. Gr. Bñdictꝰ es dñe q̄ intueris abyssos: ⁊ sedes super cherubin. V. Bñdicite deū celi: q̄a fecit nobiscū miam suā. Alla. V. Bñdictꝰ es dñe deꝰ patrū nostrorū ⁊ laudabilis in secula. Sequen.

Benedicta sit beata trinitas / deitas eterna / pariter coequalis gloria. Deus genitor / natus genitus cū sacro pneumate pmanēs sup omne quod extat. Quibus est vna semp volūtas ⁊ a se discrepat haud vnq̄ triplicata psona. Nā cōstat deitas vna / nō in tres deos diuisa / qd fides fatetur a xpo orthodoxe edita. Hec nanq̄ pellit delicta / patriā reddit serenā; quā dulcē iubilāt agmia symphoniā celica. Alti throni vestigia / imitātur stolis cādidata. Operiunturq̄ binas quas captāt / post secli discrimina. Et nos quos illustrat gr̄a dei: supera demꝰ nr̄a debita. Quatenus caterua celica nobis maneat post funera socia. Ultimoq̄ peracto discrimine / possimꝰ alto pfrui more palatio. Quo pspicua flagrat lux accēsa cōstanti flāma que deus est: visio nr̄a ⁊ salus eterna. Angelorū q̄ illustrat fortiter pectora. Ut in christo solo sua defigāt lumina. Hec nanq̄ est sitis illa flagrās qua tunc sitient anime sanctorū vel corpora. Cū fuerint data / perpetua eis pro bonis a iudice premia. Secūdū iohannem. iii.

In illo tpe. Erat homo ex phariseis nicodemꝰ noie: princeps iudeorū. Hic venit ad iesum nocte: ⁊ dixit ei. Rabbi / scimus q̄a a deo venisti magister. Nemo eñi potest hec signa facere q̄ tu facis: nisi deus fuerit cū eo. Respōdit iesus: et dixit ei. Amē amē dico tibi: nisi q̄s renatus fuerit denuo nō potest videre regnū dei. Dixit ad eū nichodemꝰ. Quomō potest hō nasci cū sit senex? Nūquid pōt in vētrē mr̄is sue iterato introire / et renasci? Rñdit iesus. Amē amē dico tibi / nisi q̄s renatꝰ fuerit ex aqua ⁊ spū sctō nō potest itroire in regnū dei. Qd natū est ex carne caro est. Qd natū est ex spū spūs est. Nō mireris q̄a dixi tibi: oportet vos nasci denuo. Spūs vbi vult spirat: et vocē eiꝰ audis: sed nescis vñ veniat / aut quo vadat. Sic est ois q̄ natus est ex spū. Rñdit nichodemꝰ: ⁊ dixit ei. Quomō possūt hec fieri? Rñdit iesus: et dixit ei. Tu es magister in isrl ⁊ hec ignoras? Amen amē dico tibi: q̄a qd scimꝰ loquimur / ⁊ qd vidimꝰ testamur / et testimoniū nr̄m nō accipitis. Si terrena dixi vobis ⁊ nō creditis: quomō si dixero vobis celestia credetis? Et nemo ascēdit i celū nisi q̄ descēdit de celo: filiꝰ hois q̄ est in celo. Et sicut moyses exaltauit serpētē in deserto: ita exaltari oportet filiū hois. Ut ois qui credit in ipsum nō pereat / sed habeat vitam eternam. Offer. Benedictus sit deus pater vnigenitusq̄ dei filius: sanctus quoq̄ spiritus: quia fecit nobiscū misericordiā suā. Secreta

Sanctifica q̄s dñe deꝰ trinitas sancta: per tui sancti nois inuocationē huius oblationis hostiā: ⁊ per eā nosmetipsas tibi pfice munus eternū. Qui viuis. Prefa. Qui cū vni. Cō. Bñdicimꝰ deū celi: ⁊ corā oibus viuētibus cōfitebimur ei q̄a fecit nobiscū misericordiam suā. Postcōio.

P Roficiat nobis ad salutem corporis et anime dñe deus noster huius sacramenti susceptio: et sempiterne sctē trinitatis eiusdēq3 indiuidue vnitatis cōfessio. In qua vi. Per totā ebd. fiat memoria de trinita. ad missam de die nisi in festo corporis xpi: et hz missa de trinita. qñ de trini. fit serui. nisi missa Salus populi. dicēda fuerit per ebdomadā

¶ Urbanus quintus [illegible] cōcessit oibus xpi fidelibus vere cōtritis ꝛ cōfessis mis. de corpore christi dicentibus: aut deuote audientibus centū dies indulgentiarū.



¶. In festo corporis xpi Ad mis. Officiū.



Ibauit eos ex adipe frumēti alla: et de petra melle saturauit eos alla alleluya alleluya. Ps. Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob. Et hz Kyrie. Fōs. Oro.

D Eus qui nobis sub sacramēti mirabili passionis tue memoriā reliquisti: tribue quesum⁹: ita nos corporis et sanguinis tui sacra mysteria venerari: vt redemptiōis tue fructum in nobis iugiter sentiam⁹. Qui viuis et regnas.

Lctō eple bti pauli aposto ꝑ. corinthio. xi

F Ratres. Ego enim accepi a domino qd et tradidi vobis: quoniā dominus iesus in qua nocte tradebat / accepit panē: ꝛ grās agēs / fregit et dixit. Accipite et māducate: hoc est corpus meū: qd pro vobis tradetur. Hoc facite in meam cōmemorationē. Similiter et calicē postq̄ cenauit dicēs. Hic calix nouū testamentū est / in meo sanguie Hoc facite quotienscūq3 sumitis / in meā cōmemorationē. Quotienscūq3 eni māducabitis panē hūc / et calicē bibetis: mortē dñi annūciabitis donec veniat. Itaq3 quicūq3 māducauerit panē: vel biberit calicē dñi indigne: reus erit corporis et sanguinis dñi Probet aūt seipsū homo: et sic de pane illo edat / ꝛ de calice bibat. Qui eni māducat et bibit indigne: iudiciū sibi māducat et bibit. Nō diiudicans corpus dñi. Gr.

O Culi omniū in te sperāt dñe ꝛ tu das illis escā in tēpore oportuno. V. Aperis tu manū tuam: et imples omne aial benedictiōe. Alla. V. Caro mea vere est cibus: et sanguis me⁹ vere est potus: q̄ māducat meā carnē ꝛ bibit meū sanguinem in me manet et ego in eo. Sequē.

L Auda syon saluatorē / lauda ducem et pastorē: in hymnis et canticis. Quātū potest tantū gaude / q̄a maior omni laude: nec laudare sufficis. Laudis thema specialis / panis viu⁹ et vitalis / hodie proponitur. Quē in sacre mensa cene: turbe fratrū duodene datum nō ambigitur. Sit laus plena sit sonora sit iocūda / sit decora / mentis iubilatio. Dies eni solēnis agitur in qua mēse prima recolitur / huius institutio. In hac mensa noui regis: nouum pascha noue legis phase vetus terminat Uetustatem nouitas / vmbram fugat veritas / noctē lux illuminat. Qd in cena christus gessit faciēdū hoc expressit / in sui memoriā. Docti sacris institutis / panē vinū in salutis: cōsecramus hostiā. Dogma datur christianis / q̄ in carnem trāsit panis / et vinū in

sanguinē. Quod non capis/q̄d nō vides
animosa firmat fides/ p̄ter rerū ordi-
nē. Sub diuersis speciebꝰ: signis tantū
⁊ nō rebus latēt res exi̇mie. Caro/cibus
sanguis potus: manet tamē christꝰ totꝰ
sub vtraqꝫ specie. A sumente nō concisus
nō cōfractus/nō diuisus/integer accipit.
Sumit vnus/sumūt mille: quantū isti/
tantū ille: nec sumptus consumitur. Su
mūt boni/sumunt mali/sorte tamen ine
quali: vite vel interitꝰ. Mors est malis/
vita bonis: vide paris sumptionis q̄ꝫ sit
dispar exitus. Fracto demon sacramen
to/ne vacilles sed memēto tantū esse sub
fragmento quantū toto tegitur. Nulla
rei fit scissura/signi tantum fit fractura:
qua nec statꝰ nec statura/signati minuit.
Ecce panis angelorū/factus cibus viato
rū/vere panis filiorū: non mittendus ca
nibus. In figuris p̄signatur/cū ysaac
immolatur: agnus pasche deputatur da
tur māna patribus. Bone pastor panis
vere/iesu nostri miserere/tu nos pasce
nos tuere: tu nos bona fac videre in ter-
ra viuētium. Tu q̄ cuncta scis et vales: q̄
nos pascis hic mortales: tu nos ibi com-
mēsales: coheredes et sodales fac sancto
rum ciuiū. Euangeliū scd̄m iohānem vj



In illo tem-
pore. Dixit
iesus discipulis su
is et turbis iudeo-
rum. Caro mea ve
re est cibus: et san-
guis meus vere est
potus. Qui mādu
cat meā carnē et bi
bit meū sanguinē:
in me manet ⁊ ego
in illo. Sicut misit me viuēs pater: et e-
go viuo propter patrē. Et qui māducat
me: ⁊ ipse viuet ꝑpter me. Hic est panis
qui de celo descendit. Nō sicut māduca-
uerūt patres vestri māna: ⁊ mortui sunt
Qui manducat hunc panē: viuet in eter
num. Credo. Offer. Sacerdotes dñi in-
censum et panes offerūt deo: ⁊ ideo sci erūt deo
suo: ⁊ non polluent nomē eius all'a. Secreta

Ecclesie tue quesumus dñe vnita-
tis et pacis propitius dona conce
de: que sub oblatis muneribꝰ mystice de
signātur. Per dñm. P̄fa. Quia per in
carnati. Hec p̄fatio dicit per totas oct.
q̄n de octa. fit seruitiū: ⁊ in commemoratio
ne eiusdē per totū annū. Coīo. Quotiēs-
cūqꝫ mānducabitis panē hūc ⁊ calicē bibetis mor
tē dñi annūciabitis donec veniat: itaqꝫ quicūqꝫ
mānducauerit panē vel biberit calicē dñi indigne
reꝰ erit corporis ⁊ sanguinis dñi all'a. Postcōio
Hac nos quesumꝰ dñe diuinitatis
tue sempiterna fruitione repleri:
quā p̄ciosi corporis ⁊ sanguinis tui tē-
poralis perceptio p̄figurat. Qui viuis
Per totā ebdo. dicitur eadē missa q̄n de
octa. fit seruitiū: sed sine seq̄n. ⁊ Credo.
vbi fiūt oct. cū regi. chori dicit seq̄n. Ecce
panis angelorū. quotidie per octauas ⁊
in octa. q̄n de octa. fit missa. ¶ Dñica. j.
post festū scē trinita. Ad missam Officiū



Domine in tua misericor
dia speraui exaltauit cor
meū in salutari tuo/can-
tabo dño qui bona tribu-
it mihi. ps. Usqꝫquo domi
ne obliuisceris me in finē: vs
qꝫquo auertis faciē tuā a me. Kyrie el. Orō.
Deus in te sperātiū fortitudo: ad-
esto propitiꝰ inuocationibus no
stris: et quia sine te nihil potest mortalis
infirmitas/p̄sta auxiliū gratie tue: vt
in exequēdis mandatis tuis/⁊ volunta
te tibi et actione placeamus. Per dñm.
Mēo. de trini. fiat oībꝰ dñicis vsqꝫ ad ad
uentū dñi: nisi quādo aliqua do. omnino
differat. ¶ Notandū est: q̄ q̄n dup. festū
per estatē in do. cōtigerit: nulla de do. fi-
et mēo ad missam: licet aliq̄n pro necessi
tate facta fuerit mēo. ad ves. et ad matu
ti. sub silētio: vt alias dictū est: sed q̄n fit
de aliquo festo. ix. lc. in dñicis: semp fiat
mēo. de dñica: ⁊ de trinita. ad mis. q̄n ad
ves. et ad matut. fctā fuerit mēo. nisi mis
sa dñicalis debeat cantari ipsa dñica in
capittulo. Lectio epistole j. iohānis iiij.
Charissimi. Deus charitas est. In
hoc apparuit charitas dei in no-

bis: quoniã filiũ suũ vnigenitũ misit de⁹ in mundũ / vt viuam⁹ per eũ. In hoc est charitas / nõ quasi nos dilexerimus deũ sed quoniã ipse prior dilexit nos / ⁊ misit filiũ suũ ppitiationẽ pro petis nr̃is. Charissimi: si de⁹ dilexit nos: ⁊ nos debem⁹ alterutrũ diligere Deũ nemo vidit vnq̃ Si diligam⁹ inuicẽ / de⁹ in nobis manet et charitas eius in nobis perfecta est In hoc cognoscim⁹: qm̃ in eo manem⁹: et ipse in nobis: qm̃ de spũ suo dedit nobis Et nos vidim⁹ et testificamur: qm̃ pr̃ misit filiũ suũ saluatorẽ mũdi. Quisq̃s ↄfessus fuerit qm̃ iesus est fili⁹ dei: de⁹ in eo manet / et ipse in deo. Et nos cognouim⁹ / et credim⁹ charitati: quã habet deus in nobis. De⁹ charitas est. Et q̃ manet in charitate / in deo manet / ⁊ de⁹ in eo. In hoc pfecta est charitas dei nobiscũ: vt fiduciã habeam⁹ in die iudicij: q̃a sicut ille est et nos sum⁹ in hoc mundo. Timor nõ est in charitate / sed pfecta charitas foras mittit timorẽ: qm̃ timor penã habet. Qui autẽ timet: nõ est pfect⁹ in charitate. Nos ergo diligam⁹ deũ: qm̃ ipse prior dilexit nos. Si q̃s dixerit qm̃ diligo deũ / et fratrẽ suũ oderit mẽdax est. Qui eñ nõ diligit fratrẽ suũ quẽ videt: deũ quẽ non videt quomõ potest diligere. Et hoc mãdatũ habemus a deo / vt q̃ diligit deũ: diligat et fratrẽ suũ. Gr. Ego dixi dñe miserere mei: sana aiam meã: quia peccaui tibi. ℣. Beatus qui intelligit super egenum et pauperem: in die mala liberabit eũ dñs. Alla. ℣. Uerba mea auribus percipe dñe: intellige clamorẽ meum. Nulla dr̃ sequentia qñ de dñica agit̃ vsq̃ ad aduentũ dñi. Scdm Lucã. xvj.



In illo t. d. i. dix. suis parabolã hãc. Homo q̃dã erat diues: et induebat̃ purpura ⁊ bysso: ⁊ epulabat̃ quotidie splendide Et erat q̃dã mẽdicus noie lazarus: q̃ iacebat ad ianuã eius vlcerib⁹ plen⁹ cupiẽs saturari de micis que cadebãt de mẽsa diuitis: et nemo illi dabat. Sed et canes veniebãt et lingebant vlcera eius Factũ est autẽ vt moreret̃ mẽdic⁹: ⁊ portaretur ab angelis in sinũ abrahe. Mortuus est aũt et diues: et sepult⁹ est in inferno. Eleuans aũt oculos cũ esset in tormẽtis: vidit abrahã a lõge: ⁊ lazarũ in sinu eius. Et ipse clamans dixit. Pater abrahã miserere mei: ⁊ mitte lazarũ vt intingat extremũ digiti sui in aquã: vt refrigeret linguã meã: q̃a crucior ĩ hac flãma. Et dixit illi abrahã. Fili / recordare q̃a recepisti bona in vita tua: et lazar⁹ similiter mala. Nũc aũt hic cõsolat̃: tu vero cruciaris. Et in his oĩbus inter nos ⁊ vos chaos magnũ firmatũ est: vt hi q̃ volũt hinc trãsire ad vos nõ possint / neq̃ inde huc trãsmeare. Et ait. Rogo ergo te pr̃: vt mittas eũ in domum pr̃is mei. Habeo eñ quinq̃ frẽs / vt testet̃ illis: ne ⁊ ipsi veniãt in hũc locũ tormẽtorũ. Et ait illi abrahã. Habẽt moysen ⁊ pphetas: audiant illos. At ille dixit. Nõ pr̃ abrahã: sed si q̃s ex mortuis ierit ad eos / penitentiã agẽt. Ait aũt illi. Si moysen et pphetas nõ audiũt: neq̃ si q̃s ex mortuis resurrexerit credẽt. Offr. Intende voci orõnis mee: rex me⁹ ⁊ deus meus qm̃ ad te orabo dñe.

Deus q̃ nos ad ymaginẽ (Secr. tuã conditos ⁊ sacramẽtis renouas ⁊ preceptis: supplicũ preces ⁊ munera benign⁹ accepta / vt qd̃ fiducia nõ habẽt meritorũ: placationis obtineãt hostiarũ. p d. Cõ. Narrabo oĩa mirabilia tua: letabor: ⁊ exultabo ĩ te psallã noĩ tuo altissĩe. Postc.

Tantis dñe repleti munerib⁹: presta q̃s / vt salutaria dona capiam⁹ ⁊ a tua nũq̃ laude cessem⁹. Per dñm Feria. iiij. Lectio epistole btĩ petri. ij. j.

Charissimi. Notã fecimus vobis dñi nr̃i iesu christi virtutẽ et presentiã: sed speculatores facti ipsius magnitudinis. Accipiẽs eñ a deo pr̃e honorẽ et gl̃iam: voce delapsa ad eũ huiuscemodi a magnifica gloria. Hic est fili⁹ meus dilectus: in quo mihi cõplacui: ipsum audite. Et hãc vocẽ nos audiuim⁹ de ce

lo allatã: cũ essemus cũ ipso in mõte sancto. Et habem⁹ firmiorẽ ꝓpheticum sermonẽ: cui benefacitis attẽdentes: quasi lucerne lucẽti in caliginoso loco. Donec dies elucescat ꝛ lucifer oriatur: in cordibus vestris. Secundum matheum v.

In illo tẽpore. Dixit iesus discipulis suis. Nolite putare: quia veni soluere legẽ aut ꝓphetas. Non veni soluere: sed adimplere. Amen quippe dico vobis: donec transeat celũ et terra / iota vnũ aut vnus apex nõ preteribit a lege: donec oia fiãt. Qui ergo soluerit vnum de mãdatis istis minimis: ꝛ docuerit sic homines: minimus vocabit in regno celorũ. Qui autem fecerit et docuerit: hic magnus vocabitur in regno celorum.

Dominica. ij. post trinitatem Officiũ

Factus est dñs protector meus ꝛ eduxit me in latitudinẽ: saluum me fecit: quoniã voluit me. ℣. Diligã te domine fortitudo mea: dñs firmamentũ meũ et refugium meum: et liberator meus. Oratio

Sancti nominis tui dñe timorem pariter et amorẽ fac nos habere ꝑpetuũ: qa nũq̃ tua gubernatiõe destitu is / quos in soliditate tue dilectionis instituis. Per. Lctõ ep̃le bti iohã. apo. j. iij

Charissimi. Nolite mirari: si odit vos mundus. Nos scim⁹ quoniam translati sumus de morte ad vitam: quoniã diligimus fratres. Qui non diligit: manet in morte. Omnis q̃ odit fratrẽ suum: homicida est. Et scitis quoniã omnis homicida: nõ habet vitã eternam in se manentẽ. In hoc cognoscim⁹ charitatẽ dei: quoniã ille pro nobis animã suam posuit: et nos debem⁹ pro fratribus aias ponere. Qui habuerit substãtiã huius mũdi: ꝛ viderit fratrẽ suũ necessitatem patientẽ: et clauserit viscera sua ab eo: quomodo charitas dei manet in eo. Filioli mei / nõ diligam⁹ verbo / neq̃ lingua: sed opere ꝛ veritate. Gr. Ad dñm cũ tribularer clamaui: ꝛ exaudiuit me. ℣. Dñe libera animã meam a labijs iniquis: ꝛ a lingua dolosa. Alla. ℣. Deus iudex iustus fortis et patiens: nunquid irascetur per singulos dies. Euangelium secundum Lucam. xiiij.



In illo. t. Dixit ies⁹ discipulis suis parabolã hãc. Homo q̃dã fecit cenã magnã: et vocauit multos. et misit seruũ suũ hora cene dicere inuitatis vt venirẽt: q̃a iam parata sũt oia. Et ceperunt simul oẽs excusare. Primus dixit illi. Villã emi / ꝛ necesse habeo exire et videre illã. Rogo te / habe me excusatũ. Et alter dixit Juga boũ emi quinq̃: et eo probare illa. Rogo te / habe me excusatum. Et alius dixit. Uxorẽ duxi: et ideo nõ possum venire. Et reuersus seruus: nũciauit hec dño suo. Tũc irat⁹ paterfamilias: dixit seruo suo. Exi cito i plateas et vicos ciuitatis / et pauperes ac debiles / cecos et claudos itroduc huc Et ait seruus. Dñe / factũ est vt impera sti / et adhuc locus est. Et ait dñs seruo. Exi in vias et sepes: ꝛ compelle intrare vt impleatur domus mea. Dico autem vobis: ꝙ nemo virorũ illorum qui vocati sunt: gustabit cenam meã. Offr. Domine conuertere et eripe animã meam: saluum me fac propter misericordiam tuã. Secreta.

Oblatio nos domine tuo nomini dicanda purificet: et de die in diẽ ad celestis vite transferat actionem. Cõio.

Cantabo domino q̃ bona tribuit mihi: et psallam nomini domini altissimi. Postcõmunio.

Sumptis domine muneribus sacris q̃s / vt cũ frequẽtatione mysterij: crescat nostre salutis effect⁹. Per.

Feria. iiij. ad ephesios. iiij.

Fratres. Hoc dico et testificor in dño: vt iã nõ ambuletis sicut ꝛ gẽtes ambulãt in vanitate sensus sui / tenebris obscuratũ habẽtes intellectũ / alienati a via dei per ignorantiã que est in illis / propter cecitatẽ cordis ipsorũ. Qui

desperantes semetipsos tradiderũt impudicitie: in operationẽ immũditie omnis in auariciã. Vos aũt nõ ita didicistis christũ si tamẽ illũ audistis: & in ipso edocti estis sicut est veritas in iesu. Deponite vos secũdũ pristinã cõuersationẽ veterẽ hominẽ q̇ corrumpitur secundũ desideria erroris. Renouamini autẽ spiritu mẽtis vestre: et induite nouũ hoiem: qui secundũ deũ creatus est in iustitia et sanctitate veritatis. In christo iesu domino nostro. Secundum matheum. xxi.

IN illo tpe. Cũ venisset iesus in tẽplũ: accesserunt ad eũ principes sacerdotum & seniores populi dicẽtes. In qua potestate hec facis: & quis dedit tibi hãc potestatẽ? Respondẽs iesus dixit eis. Interrogabo vos et ego vnũ sermonẽ / quẽ si dixeritis mihi: et ego vobis dicã in qua potestate hec facio. Baptismus iohãnis vnde erat: de celo an ex hoibꝰ? At illi cogitabãt intra se dicẽtes. Si dixerimus de celo / dicet nobis. Quare ergo nõ credidistis illi? Si autẽ dixerimꝰ ex hominbus: timemus turbã. Omnes enim habebãt iohãnem / sicut prophetã. Et respondẽtes iesu: dixerũt. Nescimꝰ Ait illis et ipse. Neq3 ego dico vobis: in qua potestate hec facio. ¶ Dominica tertia post trinitatem ad missam Officium



REspice in me et miserere mei dñe / quoniã vnicus et pauper sum ego: vide humilitatẽ meã et laborẽ meũ: & dimitte omnia peccata mea deus meus Ps. Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido non erubescam. Oratio.

DEprecationem nostrã quesumꝰ dñe benignus exaudi: et quibus supplicandi prestas affectum: tribue defensionis auxilium. Per dñm nostrum. Lectio epistole beati petri apo. j. pe. vj.

CHarissimi. Humiliamini sub potẽti manu dei: vt vos exaltet in tẽpore visitationis. Oẽm sollicitudinẽ vestrã proiicientes in eũ quoniã ipsi cura est de vobis. Sobrii estote et vigilate: quia aduersarius vester dyabolꝰ / tãq3 leo rugiẽs: circuit querẽs quẽ deuoret. Cui resistite fortes in fide: scientes eandẽ passionẽ ei q̃ in mũdo est / vestre fraternitati fieri. Deus aũt oĩs grãe q̇ vocauit vos in eternã suã gloriã in christo iesu modicum passos: ipse perficiet / cõfirmabit / solidabitq3. Ipsi gl̃ia et imperiũ: in secula seculorũ. Gr. Iacta cogitatũ tuum in dño: et ipse te enutriet. V. Dũ clamarẽ ad dñm exaudiuit vocẽ meã: ab his qui appropinquãt mihi. Alleluya. V. Diligam te dñe virtus mea: dominus firmamentũ meũ et refugium meum et liberator meus. Secundum lucam. xv.



IN illo tẽpore. Erãt appropiquãtes ad iesum publicani & peccatores vt audirẽt illũ. Et murmurabãt scribe et pharisei dicentes / q̃a hic peccatores recipit: et mãducat cũ illis. Et ait ad illos parabolã istã dicens. Quis ex vobis homo q̇ habet cẽtũ oues / & si perdiderit vnã ex illis: nõne dimittit nonaginta nouẽ in deserto: et vadit ad illam que perierat: donec inueniat illã? Et cũ inuenerit eã: imponit in humeros suos gaudẽs. Et cum venerit domũ cõuocat amicos & vicinos dicẽs illis. Cõgratulamini mihi: quia inueni ouẽ meã que perierat. Dico vobis / q̃ ita gaudiũ erit in celo super vno peccatore penitentiã agẽte: q̃ supra nonaginta nouẽ iustis / qui nõ indigẽt penitentia Aut q̃ mulier habẽs dragmas decẽ: et si perdiderit dragmã vnã: nõne accendit lucernã / et euertit totã domũ / & querit diligẽter donec inueniat eã? Et cũ inuenerit: cõuocat amicas et vicinas dicẽs. Cõgratulami mihi: q̃a inueni dragmã quã perdiderã. Ita dico vobis gaudiũ erit corã angelis dei super vno peccatore / penitentiã agente. Offr. Sperẽt in te oẽs qui nouerũt nomẽ tuũ dñe: q̃m nõ derelinquis querẽtes te: psallite dño qui habitat in syon: quoni-

tm non est oblitus orationē pauperū. Secre.

MUnera tibi dñe quesumus oblata sanctifica: vt tui nobis vnigeniti corpus et sanguis fiāt ad medelam Nūi tecū. Cōio. Ego clamaui quōniā exaudisti me deus: inclina aurē tuā et exaudi verba mea.

SAcris dñe munerib⁹ (Postcōio. perceptis quesum⁹: vt nos eorū virtute et a vicijs oībus expies: et donis gratie tue iugiter repleas. Per dominū

¶ Feria. iiij. Ad thimotheum. ij. ca. iiij.

CHarissime. Dñs mihi astitit et cōfortauit me: vt per me predicatio adimpleat: et audiāt oēs gētes et liberatus sum de ore leonis. Liberauit me dominus ab omni opere malo: et saluū faciet in regnū suum celeste. Ipsi gloria: in secula seculorū amen. Scdm matheū. v

IN illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Esto cōsentiens aduersario tuo cito/ dum es in via cū eo/ ne forte tradat te aduersarius iudici: et iudex tradat te ministro: et in carcerem mittaris Amen dico tibi: nō exies inde/ donec reddas nouissimū quadrantē. Audistis qz dictū est antiquis: nō mechaberis. Ego autē dico vobis/ qa omnis q viderit mulierē ad cōcupiscendā eā/ iam mechatus est eā in corde suo. Quod si oculus tuus dexter scandalizat te/ erue eū: et proijce abs te. Expedit enim tibi vt pereat vnū mēbrorū tuorū: q totū corpus tuū mittatur in gehennā. Et si dextera manus tua scādalizat te: abscide eam/ et proijce abs te. Expedit enim tibi vt pereat vnū mēbrorū tuor: q totū corpus tuū eat in gehennā.

¶ Dñica. iiij. post trinit. Offi.



DOmin⁹ illuminatio mea et salus mea quē timebo dñs defensor vite mee a quo trepidabo: qui tribulāt me inimici mei: ipsi infirmati sunt et ceciderūt ps. Si consistant aduersum me castra: non timebit cor meum.

Oratio.

PRotector in te sperantiū deus: sine quo nihil est validū/ nihil sanctum: multiplica super nos misericordiam tuam: vt te rectore/ te duce sic trāseamus per bona tēporalia: vt nō amittamus eterna. Per do. Ad romanos. viij.

FRatres. Existimo enī/ q nō sunt cōdigne passiones huius tēporis: ad futurā gloriam q reuelabitur in nobis. Nā expectatio creature: reuelationē filiorū dei expectat. Uanitati enī creatura subiecta est/ nō volēs: sed propter eū qui subiecit eā in spe. Quia et ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptiōis: in libertatē glorie filiorū dei. Scimus enim q oīs creatura ingemiscit/ et parturit vsqz adhuc. Non solū aūt illa: sed et nosipsi primitias spūs habētes: et ipsi intra nos gemim⁹ adoptionē filiorū dei: expectantes redēptionē corporis nrī. In christo iesu dño nro. Gr. Propitius esto dñe pctis nrīs: nequā dicāt gētes vbi est deus eorū. V. Adiuua nos deus salutaris noster: et ppter honorē nois tui dñe libera nos. Alla. V⁹. Dñe in virtute tua letabitur rex: et super salutare tuū exultabit vehementer. Scdm Lucam. vj.



IN illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis Estote misericordes: sicut pater vester misericors est Nolite iudicare et non iudicabimini. Nolite condēnare et nō condēnabimini. Dimittite: et dimittemini. Date/ et dabitur vobis. Mēsurā bonā et cōfertā et coagitatā et supereffluentē: dabūt in sinū vestrū. Eadē qppe mēsura qua mensi fueritis: remetief vobis. Dicebat illis similitudinē. Nunquid potest cecus cecū ducere. Nōne ambo in foueā cadūt. Nō est discipulus sup magistrū. Perfectus aūt oīs erit: si sit sicut magister eius. Quid aūt vides festucā in oculo fratris tui: trabē aūt q in oculo tuo est/ nō consideras. Aut quomodo potes dicere fratri tuo: frater/ sine eijciam festucā de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabē nō vides. Ypocrita/ eijce primum

trabē de oc'lo tuo: et tūc pspicies vt educas festucā de oculo frīs tui. Offi. Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiā i morte ne q̄n dicat inimic⁹ me⁹ p̄ualui aduers⁹ eū. Vers.

R Espice quesum⁹ dñe mūera supplicantis ecclesie: et saluti credentium perpetua sanctificatione sumenda concede. Per. Cōio. D ominus firmamētum meū et refugium meum et liberator meus deus meus adiutor meus. Postcōmunio.

S Ancta tua nos domine sumpta viuificēt: et misericordie sempiterne preparēt expiatos. Per dominum nostrum iesum. Qui tecū. ¶ Feria quarta Lectio epistole beati iohānis apo. ca. ij

C Harissimi. In hoc scimus quoniā cognouim⁹ deū: si mandata eius obseruamus. Qui dicit se nosce eū: et mādata eius non custodit mendax est/ et in hoc veritas non est. Nā qui custodit verbum eius: vere in hoc charitas dei perfecta est. In hoc scimus: quoniam in ipso sum⁹. Qui dicit se in christo manere/ debet/ sicut ille ambulauit: et ipse ambulare. Euangeliū Secundū Matheū. xvij

I N illo tpe. Interrogauerūt discipuli iesum: dicentes. Quid scribe dicunt: q̄ helyā oporteat primū venire. At ille respondens ait eis. Helyas quidē vēturus est: et restituet omnia. Dico autem vobis: quia helyas iam venit: et nō cognouerunt eum: sed fecerūt in eo quecunq̄ voluerunt. Sic et filius hominis passurus est ab eis. Tunc intellexerunt discipuli/ q̄a de iohanne baptista dixisset eis. Et cum venisset ad turbam/ accessit ad eum homo genibus prouolutus ante eum dicens Domine miserere filio meo quia lunaticus est / et male patitur. Nā sepe cadit in ignem/ et crebro in aquam: et obtuli eum discipulis tuis / et non potuerunt curare eum. Respondens autē iesus: ait. O generatio incredula et peruersa/ quousq̄ ero vobiscū: vsq̄quo patiar vos. Afferte huc illum ad me. Et increpauit eum iesus: et exijt ab eo demonium et curatus est puer ex illa hora.

¶ Dñica. v. post trinitatem. Officium.



xaudi dñe vocē meā qua clamaui ad te: adiutor me⁹ esto / ne derelinquas me / neq̄ despicias me deus salutaris meus. Ps. Dominus illuminatio mea: et salus mea quē timebo. Kyrie el. Oratio.

D A nobis quesum⁹ dñe: vt et mūdi cursus pacifice nobis tuo ordine dirigatur/ et ecclesia tua trāquilla deuotione letetur. Per dñm nostrū iesum Lectio ep̄le beati petri apostoli. ca. iij.

C Harissimi. Oēs vnanimes in oratione estote/ cōpatiētes/ fraternitatis amatores/ misericordes / modesti humiles. Nō reddentes malū pro bono: vel maledictū pro maledicto: sed ecōtrario vñdicētes. Qr in hoc vocati estis: vt vñdictionē hereditate possideatis. Qui enī vult vitā diligere et cupit videre dies bonos: coerceat linguā suā a malo/ et labia eius ne loquātur dolū. Declinet aūt a malo/ et faciat bonū: inquirat pacē et sequatur eam. Quia oculi dñi sup iustos et aures eius ad preces eorum. Vultus autem domini: super facientes mala Et quis est qui vobis noceat: si boni emulatores fueritis Sed et si quid patiamini propter iustitiam beati. Timorē aūt eorum ne timueritis: vt nō conturbemini Dñm aūt christū: sanctificate in cordib⁹ vris. Gr. P rotector noster aspice de⁹ et respice super seruos tuos. V⁹. Dñe deus virtutū exaudi preces seruorū tuorū. Alla. V. In te dñe speraui nō cōfundar ineternū: in tua iustitia libera me et eripe me: inclina ad me aurē tuā accelera vt eripias me. Secūdū lucam. v.



I N illo tēpore. Cū turbe irruerēt ad iesum vt audirent verbū dei. Et ipse stabat secus stagnū genazareth. Et vidit duas naues stātes secus stagnū: piscatores aūt descēderāt et lauabāt retia. A-

sedẽs autẽ in vnã nauim q̄ erat symõis rogauit eum vt a terra reduceret pusil-lũ. Et sedẽs docebat de nauicula turbas. Ut cessauit autẽ loqui: dixit ad symonẽ. Duc in altum: et laxate retia vestra in capturã. Et respondens symon: dixit illi. Preceptor / per totam noctẽ laborantes nihil cepimus: in verbo autẽ tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent / cõcluserũt piscium multitudinẽ copiosam. Rumpebatur autẽ rete eorũ: et annuerunt sociis q̄ erant in alia naui / vt venirẽt et adiuuarent eos. Et venerũt et impleuerũt ambas naniculas: ita vt pene mergerentur. Quod cũ videret symõ petrus: procidit ad genua iesu dicẽs. Exi a me dñe: quia homo peccator sum. Stupor enim circũdederat eũ: et omnes qui cũ illo erant in captura piscium quã ceperant. Similiter autem iacobũ et iohannẽ filios zebedei: qui erant socij symonis. Et ait ad symonẽ iesus. Noli timere: ex hoc iam homines eris capiens. Et subductis in terram nauibus: relictis oĩbus / secuti sunt eũ. Offer. Benedicã dñm q̄ mihi tribuit intellectũ prouidebã deũ in cõspectu meo semp: quoniam a dextris est mihi ne cõmouear. Secre.

Ascendãt q̄s dñe preces humilitatis nostre in cõspectu clementie tue: et descẽdat sup hec oblata virtꝰ tue diuinitatis: quã nostris quoq; purificandis mentibus largiaris. Per. Cõ. Unã petij a dño hãc requirã vt inhabitẽ in domo domini omnibus diebus vite mee. Postcõio.

Misteria nos domine quesumꝰ sancta purificent: et tuo munere tueantur. Per dñm nostrum iesum xp̄m.

Feria. iiij. Ad thimotheum. j. cap. ij.

Charissime. Obsecro primũ omnium fieri obsecratiões: orationes postulationes / gratiarũ actiões pro omnibus hominibus. Pro regibus: et omnibus qui in sublimitate sunt constituti: vt quietã et trãquillã vitam agamꝰ: in omni pietate et castitate. Hoc eñ bonũ est / et acceptũ corã saluatore nostro deo qui omnes homines vult saluos fieri: et ad agnitionem veritatis venire. Unus enim deus / vnus et mediator dei et hominũ homo christus iesus: qui dedit redemptionẽ semetipsum pro oĩbus. Cuiꝰ testimoniũ tẽporibus suis cõfirmatũ est in quo positus sum ego p̄dicator et apl's. Ueritatẽ dico nõ mẽtior / doctor gẽtiũ in fide et veritate. Secundũ lucam. viij.

In illo tpe. Factũ est in vna dierũ: et iesus ascẽdit in naniculã et discipuli eius. Et ait ad illos. Transfretemꝰ trans stagnũ. Et ascenderũt. Nauigantibus aũt illis: obdormiuit. Et descendit procella venti in stagnũ: et cõpellebãtur fluctibus: et periclitabãtur. Accedentes aũt suscitauerũt eũ: dicentes. Preceptor perimus. At ille surgẽs increpauit ventũ / et tempestatẽ aque / et cessauit: et facta est tranquillitas. Dixit aũt illis. Ubi est fides vestra. Qui timẽtes mirati sũt ad inuicẽ: dicentes. Quis putas hic est. Quia et vẽtus imperat et mari: et obediunt ei. Dñica. vj. post trini. Officiũ

Dominꝰ fortitudo plebis sue / et ptector salutariũ christi sui est / saluũ fac populũ tuũ dñe / et benedic hereditati tue: et rege eos vsq; in seculũ. p̄s. Ad te dñe clamabo deꝰ meꝰ: ne sileas a me: neq̄n taceas a me: et assimilabor descẽdẽtibꝰ in lacũ. Orõ.

Deus q̄ diligentibus te bona inuisibila p̄parasti: infunde cordibus nostris tui amoris affectũ: vt te in omnibus et super omnia diligẽtes: promissiones tuas que omne desideriũ superant / consequamur. Per do. Ad romanos. vj

Fratres. Quicũq; baptisati sumꝰ in christo iesu: in morte ipsius baptizati sumꝰ. Cõsepulti eñ sumus cũ illo per baptismũ in mortẽ: vt quomõ christus surrexit a mortuis per gloriã patris ita et nos i nouitate vite ambulemꝰ. Si enim cõplantati facti sumus similitudini mortis eius: simul et resurrectionis erimus. Hoc sciẽtes q̄a vetus homo noster simul crucifixus est / vt destruat corpus peccati: vt vltra nõ seruiamus peccato. Qui eñ mortuus est: iustificatꝰ est a pec

cato. Si autem mortui sumus cum chri
sto: credimus quia simul etiā viuemus
cū illo. Sciētes q xp̄s resurgens ex mor
tuis iā nō moritur: mors illi vltra nō do-
minabit. Qđ eīm mortuus est pctō: mor-
tuus est semel. Qđ aūt viuit: viuit deo.
Ita et vos existimate vos mortuos quidē
esse pctō: viuētes autem deo In xp̄o iesu
dño nr̄o. Gr. Conuertere dñe aliquātulū:
et deprecare sup seruos tuos. ℣. Dñe refugiū
fact⁹ es nobis a generatiōe ꝛ progenie. Alla
℣. Eripe me de inimicis meis deus meus ꝛ ab
insurgētib⁹ in me libera me. Scđm math. v



In illo tēpo-
re. Dixit ie-
sus discipulis suis
Amen dico vobis
quia nisi abūdauerit
iustitia vr̄a plusq
scribarū et pharise
orū: nō intrabitis
in regnū celorum.
Audistis quia dictū
est antiquis: nō oc
cides. Qui autē occiderit: reus erit iudi
cio. Ego aūt dico vobis: quia omnis qui
irascit fratri suo / reus erit iudicio. Qui
aūt dixerit fratri suo racha / reus erit cō
silio. Qui aūt dixerit fatue: reus erit ge
hēne ignis. Si ergo offers munus tuū
ad altare: et ibi recordatus fueris / quia
frater tuus habet aliquid aduersum te:
relinque ibi mun⁹ tuū ante altare / et va
de prius recōciliari fratri tuo. Et tūc ve-
niens: offer munus tuum. Offr. Perfi
ce gressus meos in semitis tuis: vt non moue-
antur vestigia mea: inclina aurem tuam: ꝛ ex-
audi verba mea: mirifica misericordias tuas: q
saluos facis sperantes in te domine. Secreta

Propitiare dñe supplicationibus
nr̄is: et has oblationes famulorū
tuorꝫ benign⁹ assume: vt qđ singuli obtu
lerūt ad honorē tui nōis: cūctis proficiat
ad salutē. Per d. Cōio. Circuibo ꝛ immo
labo in tabernaculo eius: hostiā iubilationis cā
tabo et psalmū dicam domino Postcōmunio

Uos domine celesti dono satiasti
presta quesum⁹: vt a nostris mū-
demur occultis: ꝛ ab hostium liberemur
insidijs Per dñm nostrū iesum christum
Fer. iiij. Lectō epl'e vel iohā. apo. j. ca. ij
Charissimi. Non scripsi vobis qua
si ignorātibus veritatē: sed quasi
scientibus eam: quoniam omne menda-
cium ex veritate non est. Quis est men-
dax: nisi qui credit quoniam iesus nō est
christus. Hic est antichristus: qui negat
patrē ꝛ filium. Omnis qui negat filium
nec patrem habet. Qui autē confitetur
filiū: et patrē habet. Uos quod audistis
ab initio: in vobis permaneat Quia si in
vobis permanserit quod audistis ab ini
tio: et vos in filio et patre manebitis. Et
hec est repromissio: quam ipse pollicitus
est nobis vitā eternā. Scđm marcum. x
In illo tpe. Cum egressus esset ie-
sus in via: precurrēs quidā genu
flexo ante eum / interrogabat eū dicens
Magister bone: quid faciam vt vitā eter
nam percipiam. Jesus autem dixit ei.
Quid me dicis bonū. Nemo bonus nisi
solus deus. Precepta nosti. Ille dixit.
Que. Ne adulteres: ne occidas / ne fure
ris / ne falsū testimoniū dixeris / ne frau
dem feceris: honora patrem tuū et ma
trem. At ille respondens: ait illi. Magi
ster bone: hec omnia custodiui a iuuētu
te mea. Jesus autē intuitus eū / dilexit
eum: et dixit ei. Unum tibi deest. Uade /
et vende omnia quecūq habes ꝛ da pau
peribus: et habebis thesaurum in celo ꝛ
veni seqre me. Dominica septima post
trinitatē ad missā officiū



Omnes gentes plaudite
manibus iubilate deo in
voce exultatiōis. ℣. Sub
iecit populos nobis: et gētes
sub pedib⁹ nostris. Oratio

Deus virtutum cuius est totū qđ
est optimum: insere pectoribus
nostris amorē tui nomis: et presta in no
bis religionis augmentū: vt que sunt bo
na nutrias: ac pietatis studio / q sunt nu
trita custodias. Per d. Ad romanos. vj

Fratres. Humanū dico propter in
firmitatem carnis vestre. Sicut

enim exhibuistis membra vestra seruire
immundicie: et iniquitati ad iniquitatẽ
ita nũc exhibete mẽbra vestra seruire iu
stitie in sanctificationem. Cũ enim serui
essetis peccati: liberi fuistis iustitie. Quẽ
ergo fructum habuistis tũc in illis in qui
bus nunc erubescitis. Nam finis illorũ
mors est. Nunc vero liberati a peccato/
serui autem facti deo. Habetis fructum
vestrũ in sanctificationem: finem vero vi
tam eternam. Stipendia enim peccati
mors. Gratia autem dei vita eterna In
christo iesu dño nostro. Gr. Uenite filij
audite me: timorem dñi docebo vos. V. Acce-
dite ad eum et illuminamini: et facies vestre nõ
confundentur. Alleluya. V. Te decet hym-
nus deus in syon: et tibi reddetur votum in hie
rusalem. Euãgeliũ secũdum Marcũ. viij.



In illo tẽpo-
re. Cum tur
ba multa esset cum
iesu: nec haberent
quod manducarẽt
cõuocatis discipu-
lis ait illis Misere
or super turbã: q̃a
ecce iam triduo su
stinent me: nec ha-
bent qđ manducẽt
Et si dimisero eos ieiunos in domũ suã:
deficiẽt in via. Quidã enim ex eis de lon
ge venerũt. Et responderunt ei discipuli
sui. Unde istos poterit quis hic satura-
re panibus in solitudine. Et interroga-
uit eos. Quot panes habetis. Qui dixe
rũt. Septẽ. Et precepit turbe: discumbe
re super terram Et accipiens septem pa
nes gratias agens / fregit et dabat disci
pulis suis/ vt apponerẽt. Et apposuerũt
turbe. Et habebant pisciculos paucos: et
ipsos benedixit: et iussit apponi. Et mã-
ducauerũt et saturati sunt. Et sustulerũt
quod superauerat de fragmentis: septẽ
sportas. Erãt autẽ qui manducauerant
quasi quatuor milia et dimisit eos. Offr.
Sicut in holocaustum arietum et taurorum:
et sicut in milib9 agnorũ pinguiũ: sic fiat sacrifi
ciũ nostrũ in cõspectu tuo hodie vt cõplaceat ti-
bi: q̃a nõ est cõfusio cõfidẽtibus in te dñe. Sec.

Propitiare domine supplicationi
bus nostris/ et has oblatiões po-
puli tui benign9 assume: et vt nullius sit
irritum votum: nulla vacua postulatio:
presta quesumus: vt quod fideliter peti-
mus efficaciter consequamur Per dñm
nostrum. Cõio. Inclina aurem tuam acce
lera: vt eruas me. Postcommunio.

Repleti domine muneribus tuis:
tribue quesumus/ vt eorum mũ-
demur effectu/ et muniamur auxilio.
Per dñm nostrum iesum christum filiũ.
¶ Feria quarta Ad romanos. viij.

Fratres. Nihil nũc damnationis
est his qui sunt in christo iesu: qui
non secundũ carnẽ ambulant. Lex enim
spiritus vite in christo iesu: liberauit me
a lege peccati et mortis. Nam qđ impos-
sibile erat legi: in quo infirmabatur per
carnẽ: deus filium suum mittẽs in simi-
litudinẽ carnis peccati. Et de peccato dã
nauit peccatũ in carne: vt iustificatio le-
gis impleretur in nobis. Qui nõ secun-
dum carnem ambulamus: sed secundũ
spiritũ. Qui enim secundũ carnẽ sunt: q̃
carnis sunt sapiũt. Qui vero secundũ spi
ritũ sunt: que sunt spiritus sentiũt. Pru
dentia autẽ spiritus vita et pax. In chri
sto iesu: domino nostro. Sequentia san
cti euangelij secundum matheum. xij.

In illo tempore. Abijt iesus sab-
bato per sata. Discipuli autem e-
ius esurientes: ceperunt euellere spicas
et manducare. Pharisei autẽ videntes:
dixerũt ei. Ecce discipuli tui faciũt quod
non licet eis facere sabbatis. At ille dixit
eis. Non legistis quid fecerit dauid quã
do esurijt et qui cũ illo erant. Quomodo
intrauit in domum dei/ et panes propo-
sitionis comedit/ quos non licebat ei ede
re/ neq3 his qui cũ eo erãt: nisi solis sacer
dotibus. Aut nõ legistis in lege quia sab
batis sacerdotes in templo sabbatũ vio-
lãt: et sine crimine sunt. Dico aũt vobis
quia tẽplo maior est hic. Si autem scire
tis/ quid est misericordiam volo / et non
sacrificiũ: nũq̃ condẽnassetis innocẽtes.

Dñica. viij. post trinitatē. Officium.

Uscepimus deus misericor diā tuā in medio tēpli tui: secundū nomē tuū deus: ita et laus tua in fines terre: iusticia plena est dextera tua. Ps. Magnus dñs et laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri in monte sancto eius. Oratio.

Deus cuius prouidentia in sui dispositione non fallitur: te supplices exoramus: vt noxia cuncta submoueas: et omnia nobis profutura cōcedas Per dñm nostrum. Ad romanos. viij.

Fratres. Debitores sum⁹ nō carni: vt secundū carnē viuam⁹. Si enim secundū carnē vixeritis: moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis: viuetis. Quicūqz em̄ spiritu dei aguntur: hi sunt filij dei. Non em̄ accepistis spūm seruitutis iterū in timore: sed accepistis spiritū adoptionis filiorū dei in quo clamamus/abba pater. Ipse enim spiritus testimoniū reddit spiritui nostro φ sumus filij dei. Si autē filij et heredes. Heredes quidē dei: coheredes autē christi. Gr. Esto mihi in deū protectorē: et in locū refugij vt saluū me facias. Ps. Deus in te speraui domine: non confundar ineternum. Alleluya. V. Attendite popule meus in legem meā. Secundū matheum. vij.



In. il. t. d. ie. di. suis. Attendite a falsis prophetis q̄ veniūt ad vos in vestimētis ouiū: intrinsec⁹ autem sunt lupi rapaces. A fructib⁹ eorū cognoscetis eos Nunqd colligunt de spinis vuas aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona/fructus bonos facit. Mala autem arbor/fruct⁹ malos facit. Nō potest arbor bona fructus malos facere: neqz arbor mala fructus bonos facere. Ois arbor q̄ non facit fructū bonū/excidet et in ignē mittetur. Igitur ex fructibus eorū cognoscetis eos. Non omnis qui dicit mihi dñe dñe/intrabit in regnū celorū: sed qui facit volūtatem patris mei qui in celis est: ipse intrabit in regnum celorum. Offer. Populum humilē saluum facies dñe et oculos superborum humiliabis: quoniam quis deus preter te domine. Secreta.

Deus qui legaliū differentias hostiarū vnius sacrificij perfectione sanxisti: accipe sacrificiū a deuotis tibi famulis oblatū: et pari benedictione sicut munera iusti abel sanctifica: vt quod singuli obtulerunt ad maiestatis tue honorē: cunctis proficiat ad salutem. Per dñm. Cōio. Gustate et videte quoniam suauis est dñs: beatus vir q̄ sperat in eo. Postcōio

Tua nos domine medicinalis operatio: et a nostris peruersitatib⁹ clementer expediat: et ad ea q̄ recta sunt perducat. Per. Fer. iiij. Ad roma. v.

Fratres. Cōmendat deus charitatem suā in nobis quoniā si cum adhuc peccatores essemus secundū temp⁹ christus pro nobis mortuus est. Multo igitur magis iustificati nunc in sanguine eius/salui erim⁹ ab ira per ipsum. Si enim cum inimici essemus/recōsiliati sumus deo per mortem filij eius: multomagis reconsiliati/salui erimus in vita ipsius. Non solum autem: sed et gloriamur in deo. Per dominum nostrum iesum christum. Secundum marcum ix.

In illo tēpore. Dixerunt discipuli ad iesum. Magister: vidim⁹ quēdā in nomine tuo eijcientem demonia: et prohibuimus eū: quia non sequitur nos Jesus autem ait Nolite prohibere eum Nemo est em̄ qui facit virtutē in nomine meo: et possit cito male loqui de me. Qui enim nō est aduersum vos: pro vobis est. Quisq̄s enim potū dederit vobis calicē aque frigide in nomine meo: quia christi estis: amen dico vobis/nō perdet mercedē suam. Et quisquis scandalizauerit vnum ex his pusillis credentibus in me bonum est ei magis si circundaretur mola asinaria collo eius/et in mare mitteret Et si scandalizauerit te manus

tua: abscinde illã. Bonum est tibi debilẽ intrare in regnũ dei: q̃ duas manus habẽtẽ ire in gehẽnã in ignẽ inextinguibilẽ: vbi vermis eorũ nõ moritur/ et ignis nõ extinguitur. Et si pes tuus scãdalizat te/ amputa illũ. Bonũ est tibi claudũ introire in vitã eternã/ q̃ duos pedes habentẽ mitti in gehennã ignis inextinguibilis. Ubi vermis eorũ nõ moritur: & ignis nõ extinguitur. Quia si oculus tuus scãdalizat te: erue eũ. Bonũ est tibi luscum introire in regnũ dei: q̃ duos oculos habẽtem/ mitti in gehennam ignis. Ubi vermis eorũ nõ moritur: et ignis non extinguitur. ¶ Dñica.ix. post trinita. Officiũ

Ecce deus adiuuat me: & dominus susceptor est animę meę: auerte mala inimicis meis/ et in veritate tua disp̃de illos protector meus dñe. ps. Deus in nomine tuo saluum me fac: et in virtute tua libera me. Oratio

Largire nobis quesumus domine semper spiritum cogitandi/ q̃ recta sunt propitius et agendi: vt qui sine te esse non possimus secundũ te viuere valeamus. Per. j. Corinthiorum. x.

Fratres Nõ simus cõcupiscentes malorum: sicut et illi cõcupierunt Neq̃ idolatre efficiamini sicut quidã ex ipsis: quẽadmodũ scriptũ est. Sedit populus mãducare et bibere et surrexerũt ludere. Neq̃ fornicemur sicut quidã ex ipsis fornicati sunt et ceciderunt vna die viginti tria milia. Neq̃ tentemus christum/ sicut quidam eorũ tentauerunt: et a serpentibus perierunt. Neq̃ murmuraueritis/ sicut quidã eorũ murmurauerunt/ et perierũt ab exterminatore. Hec autẽ omnia in figura contingebant illis Scripta autẽ sunt hec ad correptionem nostrã/ i quos fines seculorũ deuenerũt. Itaq̃ qui se existimat stare: videat ne cadat. Tentatio vos nõ apprehendat: nisi humana. Fidelis aũt deus est q̃ nõ patietur vos tentari supra id quod potestis: sed faciet cum tentatione etiã prouentũ vt possitis sustinere. Gr. Domine dñs noster: q̃ admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. V. Quoniã eleuata est magnificentia tua super celos. Alla. V. Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob/ sumite psalmum iocundum cum cythara. Scdm lucam. xvj.



In il. t. d. ie. di. su. parabolã hanc. Homo q̃dã erat diues q̃ habebat villicũ: et hic diffamatus est apud illũ: quasi dissipasset bona ipsius. Et vocauit illum: & ait illi. Quid hoc audio de te. Redde rationẽ villicationis tue. Jam enĩ nõ poteris villicare. Ait aũt villicus intra se. Quid faciã quia dñs meus aufert a me villicationem. Fodere nõ valeo/ mendicare erubesco. Scio q̃d faciam: vt cũ amotus fuero a villicatiõe: recipiant me in domos suas. Cõuocatis itaq̃ singulis debitoribus domini sui/ dicebat primo. Quantum debes dño meo. At ille dixit. Centum cados olei. Dixitq̃ illi. Accipe cautionem tuam: et sede cito scribe quinquagita. Deinde alio dixit Tu vero quãtum debes. Qui ait. Cẽtum choros tritici. Ait illi. Accipe literas tuas/ et scribe octoginta. Et laudauit dominus villicum iniquitatis/ quia prudenter fecisset quia filij huius seculi/ prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt. Et ego vobis dico. Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis: vt cum defeceritis/ recipiãt vos i eterna tabernacula. Offr.

Iustitie dñi recte letificantes corda/ et dulciora sup mel et fauũ: nã et seruus tuus custodit ea

Suscipe munera q̃sumus ¶ Secre. dñe que tibi de tua largitate deferimus/ vt hec sacrosancta mysteria gratie tue operãte virtute: et presentis vite nos cõuersatione sanctificent: et ad gaudia sempiterna p̃ducant. Per dñm Cõio

Primum querite regnum dei: et omnia adijcientur vobis dicit dominus. Postcõmunio.

Sit nobis dñe quesumus repara tio mētis et corporis celeste mysterium: vt cuius exequimur actionem sentiamus effectum Per dñm nostrum Feria. iiii. Ad Romanos. vi.

Fratres. Nescitis quoniā cui exhibetis vos seruos ad obediendū serui estis eius cui obedistis Siue pecca ti ad mortē/siue obeditionis ad iustitiā. Gratias autē deo ꝙ fuistis serui peccati obedistis autē ex corde in eam formā do ctrine/in qua traditi estis. Liberati autē a peccato: serui facti estis iustitie. In christo iesu dño nostro. Secūdū lucā. xvi

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Qui fidelis est in minimo: et in maiori fidelis est. Et qui in modico in iquus est/et in maiori iniqu⁹ est. Si ergo in iniquo māmona fideles nō fuistis: quod verū est ꝗs credet vobis. Et si in alieno fideles nō fuistis: qđ verū est/quis dabit vobis. Nemo seruus potest duobus dñis seruire. Aut enim vnū odiet: ⁊ alterum diliget: aut vni adherebit et alterū contēnet. Non potestis deo seruire et māmone. Audiebāt aūt hec oīa pharisei/qui erant auari: et deridebāt illum. Et ait illis. Vos estis ꝗ iustificatis vos corā hoībus: de⁹ aūt nouit corda vestra. Quia qđ hoīb⁹ altū est abomiatio est an te deū. Dñica. x. post trinitatē Officiū



Cum clamarē ad dñm exaudiuit vocē meā ab his qui appropinquāt mihi: et humiliauit eos qui est ante secula: et manet ineternū: iacta cogitatū tuū in domino: et ipse te enutriet. ps. Exaudi deus orationē meā: et ne despexeris deprecatio nem meā intende mihi et exaudi me. Oratio.

Pateāt aures mie tue dñe precib⁹ supplicātiū: ⁊ vt petentib⁹ deside rata concedas: fac eos ꝗ tibi placita sunt postulare. Per dñm. i. Corinthiorū. xii.

Fratres. Scitis qm̄ cū gētes essetis ad simulachra muta prout du cebamini eūtes. Ideo notū vobis facio/ꝙ nemo in spū dei loquens/dicit anathema iesu. Et nemo potest dicere dñs ies⁹ nisi in spiritu sctō. Diuisiones vero gratiarū sunt: idē aūt spūs. Et diuisiōes ministrationū sunt: idē vero dñs Et diuisio nes operationū: idē vero deus ꝗ operaꝛ oīa in oībus. Unicuiqꝫ aūt datur manifestatio spūs: ad vtilitatē. Alijs quidē per spiritū datur sermo sapiētie: alijs aūt sermo sciētie: scđm eūdē spūm. Alteri fides in eodē spū. Alijs grā sanitatū: in vno spiritu. Alijs operatio virtutū: alijs ꝓphetia: alijs discretio spirituū: alijs genera linguarū: alijs interpretatio sermonum Hec aūt oīa operaꝛ vn⁹ atqꝫ idē spūs diuidens singulis ꝓut vult. Gr. Custodi me dñe vt pupillā oculi: sub vmbra alarū tuaꝝ ꝓte ge me. V. De vultu tuo iudiciū meū ꝓdeat: oculi tui videant equitatē. Alla. V⁹. Dñe deus salutis mee: in die clamaui ⁊ nocte corā te. Sequētia scti euāgelij Scđm lucā. xix.



In illo tēpore. Cum appropinquasset ies⁹ hierl'm vidēs ciuitatē/fleuit sup illā dicens. Quia si cognouisses ⁊ tu. Et ꝗdē in hac die tua que ad pacē sunt tibi: nūc aūt abscōdita sūt ab oculis tuis. Quia ecce venient dies in te: ⁊ circūdabūt te inimici tui vallo: et circūdabūt te/et coangustabūt te vndiqꝫ/et ad terram prosternēt te/et filios tuos ꝗ in te sunt. Et nō relinquēt in te lapidē sup lapidem eo ꝙ nō cognoueris tempus visitatiōis tue. Et ingressus in templū cepit eijcere vēdentes in illo et ementes: dicēs illis. Scriptū est: ꝗa dom⁹ mea: dom⁹ oratio nis est. Uos aūt fecistis illam speluncā latronū. Et erat docēs quotidie in templo Offꝛ. Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido non erubescam: neqꝫ irrideant me inimici mei: etenim vniuersi qui te expectant non confundentur. Secreta.

Concede nobis hec ꝗs dñe/digne celebrare mysteria ꝗa quotiēs hu

tus hostie cõmemoratio celebratur: op⁹ nostre redẽptionis exercet. Per. Cõio. Acceptabis sacrificium iustitie oblationes et olocausta: super altare tuum dñe. Postcõio. Tui nobis dñe cõmunio sacramẽti et purificationẽ cõferat: et tribuat vnitatẽ. Per. Epła. j. corin. xv

Fratres. Nõ omnis caro eadẽ caro: sed alia hominũ / alia pecorũ / alia volucrũ / alia autẽ pisciũ / et corpora celestia / et corpora terrestria. Sed alia quidẽ celestiũ gloria: alia aũt terrestriũ. Alia claritas solis / alia claritas lune: et alia claritas stellarũ. Stella aũt a stella differt in claritate: sic ꝛ resurrectio mortuorũ. Seminat in corruptione: surget in incorruptionẽ. Seminatur in ignobilitate: surget in gloria Seminatur in infirmitate: surget i virtute. Seminatur corp⁹ aiale: surget corpus spũale. Si est corp⁹ aiale: est et spũale / sicut scriptũ est factus est prim⁹ homo adã in animã viuentẽ: nouissimus adã in spiritũ viuificãtem. Sed nõ pri⁹ qđ spiritale est: sed qđ animale deinde qđ spiritale. In christo iesu dño nostro. Secũdum Lucam. xxj.

In illo tpe. Dixit ies⁹ discipulis suis. Attẽdite vobis ne forte grauẽtur corda vestra in crapula et ebrietate / et curis hui⁹ vite: et superueniat in vos repẽtina dies illa. Tanq̃ laque⁹ eñi superueniet in oẽs: q̃ sedẽt sup faciẽ ois terre. Uigilate itaq̃ orãtes omni tẽpore: vt digni habeamini fugere ista oia que futura sunt: et stare ante filium hominis.

¶ Dominica. xj. post trinitatẽ. Officiũ.

Deus in loco sctõ suo de⁹ q̃ inhabitare facit vnanimes in domo: ipse dabit virtutẽ ꝛ fortitudinẽ plebi sue. ps. Exurgat deus ꝛ dissipentur inimici eius: ꝛ fugiant qui oderunt eum a facie eius. Oratio.

Deus q̃ olpotentiam tuã parcẽdo maxime ꝛ miserãdo manifestas multiplica sup nos grãm tuã / vt ad tua pmissa currẽtes celestiũ bonorꝫ facias esse cõsortes. Per dñm. j. Corinthiorũ. xv

Fratres. Notũ vobis facio euãgeliũ qđ predicaui vobis / qđ et accepistis: in quo et statis: per qđ et saluamini. Qua ratiõe pdicauerim vobis si tenetis: nisi frustra credidistis. Tradidi eñi vobis imprimis qđ ꝛ accepi: qm̃ xp̃s ies⁹ mortuus est pro pctis nr̃is scđm scripturas: et q̃a sepult⁹ est: ꝛ q̃a resurrexit tertia die secũdũ scripturas. Et q̃a visus est cephe: et post hec vndecim. Deinde vis⁹ est plusq̃ quingẽtis fratrib⁹ simul: ex q̃bus multi manẽt vsq̃ adhuc: quidã aũt dormierũt. Deinde vis⁹ est iacobo: deinde apl̃is oibus Nouissime aũt oim tanq̃ abortiuo visus est et mihi. Ego eñi sum minimus aplorũ q̃ nõ sum dign⁹ vocari apl̃us qm̃ psecut⁹ sum ecclíam dei. Gratia aũt dei sum id qđ sum / et grã eius in me vacua nõ fuit Gr. In deo sperauit cor meũ et adiutus sum: et refloruit caro mea: ꝛ ex voluntate mea cõfitebor illi. ꝟ⁹. Ad te dñe clamabo deus me⁹ ne sileas ne discedas a me. Alleluya. ꝟ⁹. Dñe refugiũ factus es nobis a generatione et pgenie. Secũdũ lucam. xviij.



In il. t. d. ie. ad quosdã q̃ in se cõfidebãt tanq̃ iusti: et aspernabantur ceteros parabolã istã dicens Duo homies ascẽderũt in templũ vt orarẽt / vnus phariseus / ꝛ alter publican⁹. Phariseus autẽ stãs hec apud se orabat. Deus gratias ago tibi / q̃a nõ suꝫ sicut ceteri hominum raptores / iniusti / adulteri / velut etiã hic publicanus. Jeiuno bis in sabbato: decimas do oim que possideo. Et publican⁹ a longe stãs: nolebat nec ad celũ oculos leuare / sed percutiebat pectus suũ dicẽs. Deus ppitius esto mihi peccatori. Amẽ dico vobis descẽdit hic iustificatus in domũ suã ab illo. Quia ois q̃ se exaltat humiliabit: et qui se humiliat exaltabit. Offr. Exaltabo te dñe qm̃ suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me: do-

mine clamaui ad te et sanasti me. Secreta.

Tibi dñe sacrificia dicata reddantur: que sic ad honorē nois tui deferēda tribuisti vt eadē remedia nostra fieri prestares. Per dñm. Cōio. Honora dñm de tua substātia: et de primitijs frugū tuarum: vt impleantur horrea tua saturitate: & vino torcularia redundabunt. Postcōmunio.

Quesumus dñe deus nr̄: vt quos diuinis reparare nō desinis sacramentis: tuis nō destituas benignꝰ auxilijs. Per. ¶ Feria. iiij. Ad corinthi. vj.

Fratres. Nescitis qm̄ corpora vr̄a mēbra sunt xp̄i. Tollēs ergo membra xp̄i: faciā membra meretricis. Absit An nescitis qm̄ q̇ adheret meretrici: vnū corpꝰ efficit. Erūt eni inq̇t duo in carne vna. Qui aūt adheret deo: vnꝰ spūs est. Fugite fornicationē. Omne eni pctm̄ qḋ cūq; fecerit homo / extra corpus est. Qui aūt fornicat: in corpus suū peccat. An nescitis qm̄ mēbra vr̄a tēplū sunt spūs scti: q̇ i vobis est: quē habetis a deo / & nō estis vr̄i. Empti eni estis p̄cio magno / glorifica te et portate deū i corpe vr̄o. S. lu. xviij.

In il. t. d. i. di. suis parabolā hanc. Qm̄ oportet semp orare / et nō deficere dicēs. Judex quidā erat in quadā ciuitate / q̇ deū nō timebat: et hoiem non reuerebat. Vidua autē quedā erat in ciuitate illa: et veniebat ad eū dicēs. Vindica me de aduersario meo. Et nolebat per multū tp̄s Post hec aūt dixit intra se Et si deū non timeo / nec hoiem reuereor tamē q̇a molesta est mihi hec vidua: vindicabo illā ne in nouissimo veniēs suggillet me. Ait aūt dñs. Audite q̇d iudex iniquitatis dicit Deꝰ aūt nō faciet vindictā electorū suorū clamantiū ad se die ac nocte: et patientiā habet in illis. Dico autē vobis: q̇a cito faciet vindictam illorum.

¶ Dñica. xij. post trinitatem Officium

Deus in adiutoriū meum intēde dñe ad adiuuādū me festina: cōfundātur & reuereātur inimici mei qui querūt aiam meam. ps. Auertantur retrorsum et erubescant: qui volunt mihi mala. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui abundātia pietatis tue et merita supplicū excedis et vota: effunde super nos misericordiā tuā: vt dimittas que cōsciētia metuit: et adijcias quod oratio non presumit. Per dñm. Ad corinthios. ij. ca. iij

Fratres. Fiduciam talē habemus per christū ad deū nō q̄ sufficiētes simus cogitare aliquid a nobis / quasi ex nobis: sed sufficiētia nr̄a ex deo est. Qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti: nō litera / sed spū. Litera enim occidit / spiritus aūt viuificat. Quod si ministratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria / ita vt nō possent intendere filij israel in faciē moysi: propter gloriā vultus eius que euacuatur: quomodo nō magis ministratio spiritꝰ erit in gloria. Nam si ministratio damnationis in gloria est: multo magis abundat ministeriū iustitie in gloria. Gr. Benedicā dñm in omni tēpore: semper laus eiꝰ in ore meo. ℣. In dño laudabitur anima mea: audiant māsueti et letētur. Alla. ℣. Venite exultemꝰ dño: iubilemꝰ deo salutari nostro. Alꝰ ℣. Preoccupemus faciē eius in cōfessione & in psalmis iubilemꝰ ei. Isti duo ℣. dñr per ebdo. alternis vicibꝰ / qn̄ de fer. agit: ita tn̄ q̄ ℣. Preoccupemꝰ. prius dicit: qn̄ mis. do. per ebd̄. dicit. Et si nulla fer. per hāc ebd̄. ad hoc vacauerit: tūc vltimꝰ ℣. eo anno omnino pretermittat. Scdm Lucā. vij



In illo tēpore. Exiēs iesus de finibus tyri venit per sydonē / ad mare galilee inter medios fines decapoleos. Et adducunt ei surdū et mutū: et deprecabātur eū / vt imponat illi manum Et apprehendens eū de turba seorsū: misit digitos suos in auriculas eius: & expuens: tetigit linguā eiꝰ. Et suspiciēs in celū: ingemuit / et ait illi. Effeta / qḋ est ada

perire Et statim aperte sunt aures eius et solutū est vinculū lingue eius/ & loquebatur recte. Et precipit illis/ ne cui dicerent. Quāto autē eis preciepiebat: tanto magis plus predicabāt/ & eo amplius admirabātur dicētes. Bene omnia fecit: surdos fecit audire: et mutos loqui. Offm.

Precatus est moyses in conspectu dñi dei sui et dixit: precatus est moyses in conspectu domini dei sui et dixit: quare dñe irasceris in populo tuo: parce ire anime tue: memēto abrahā/ ysaac et iacob/ quibus iurasti dare terrā fluentē lac et mel: & placatus factus est dominus: de malignitate quam dixit facere populo suo. Secreta.

Respice q̄s dñe nr̄am propitius seruitutē vt qđ offerimus sit tibi munus acceptū: sitq̄ nr̄e fragilitati subsidiū Per. Cōio. De fructu operū tuorum dñe satiabit terra: et educas panē de terra: et vinū letificet cor hominis vt exhilaret faciem in oleo: & panis cor hominis confirmet. Postcōmunio.

Sentiamus dñe quesumus tui perceptione sacramēti subsidiū mentis et corporis: vt in vtroq̄ saluati celestis remedij plenitudie gloriemur. Per dñm. ¶ Feria quarta. ij. Corintħio. iiij.

Fratres Nō nosmetipsos predicamus: sed dñm nostrū iesum christū. Nos autē seruos vestros per iesum. Qm̄ deus qui dixit de tenebris lucē splēdescere: illuxit in cordibus nostris ad illuminationē scientie claritatis dei: in faciē christi iesu. Habemus autē thesaurū istum in vasis fictilibus: vt sublimitas sit virtutis dei: non ex nobis. In omnibus tribulationē patimur: sed non angustiamur. Aporiamur: sed non destituimur. Persecutionē patimur: sed non derelinquimur. Humiliamur: sed nō confundimur. Deijcimur: sed nō perimus. Semper mortificationē iesu christi in corpore nr̄o circūferētes: vt et vita iesu in corporibus nr̄is manifestet. Scdm matheū. xi.

In illo tpe. Cepit iesus exprobrare ciuitatibus in quibus facte sunt plurime virtutes eius: q̄a nō egissent penitentiā. Ve tibi corozaim: ve tibi bethsaida. Quia si in tyro et sydone facte essent virtutes q̄ facte sunt in vobis: olim in cinere et cilicio penitentiam egissent. Verūtamen dico vobis: tyro & sydoni remissius erit in die iudicij/ q̄ vobis. Et tu capharnaū: nūquid vsq̄ in celū exaltaberis/ vsq̄ in infernū descendes. Quia si in sodomis facte essent virtutes/ que facte sunt in te/ forte mansissent vsq̄ in hūc diem. Veruntamē dico vobis: quia terre sodomorū remissius erit in die iudicij q̄ tibi. ¶ Dñica. xiij. post trinit. Officiū

Respice dñe in testamentum tuū: et animas pauperum tuorū ne derelinquas in finē: exurge dñe iudica causam tuā: et ne obliuiscaris voces querētium te. Ps. Ut quid deus repulisti in finem: iratus est furor tuus sup oues pascue tue. Oro

Omnipotens & misericors deus: de cuius munere venit: vt tibi a fidelibus tuis digne & laudabiliter seruiatur: tribue nobis q̄s: vt ad promissiones tuas sine offensione curramus. Per. Ad galathas. iij

Fratres. Abrahe dicte sunt promissiones: et semini eius. Nō dicit seminibus/ quasi in multis: sed quasi in vno et semini tuo q̄ est christus. Hoc autē dico testamētū confirmatū a deo/ que post quadringentos et triginta annos facta est lex: non irritū fecit ad euacuandā promissionē. Nam si ex lege esset hereditas iam nō ex repromissione. Abrahe aūt per repromissionē donauit deus. Quid igitur lex. Propter trāsgressores posita est donec veniret semē: cui promiserat ordinata p angelos in manu mediatoris. Mediator aūt vnius nō est: deus aūt vnus est. Lex ergo aduersus promissa dei. Absit Si eīn data esset lex que posset viuificare: vere ex lege esset iustitia. Sed cōclusit scriptura oīa sub pctō: vt promissio ex fide iesu xp̄i: daretur credentibus. Gr. Respice dñe in testamētū tuū: et aīas pauperū tuorū ne obliuiscaris in finē. V. Exurge dñe et iudica causā tuā: memor esto opprobrij seruorum tuorū. Alla. V. Qm̄ deus magnus dñs: et rex magnus super oēm terrā. Scdm Lucam. x

m. iiij.



IN illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis. Beati oculi qui vidēt: que vos videtis. Dico enim vobis / ꝙ multi ꝓphete et reges voluerunt videre q̄ vos videtis / et nō viderūt / et audire que auditis / et nō audierūt. Et ecce quidā legisperitus: surrexit tentās illū et dicens Magister quid faciēdo vitā eternā possidebo? At ille dixit ad eū. In lege q̄d scriptum est? Quomodo legis? Ille autē respondēs dixit. Diliges dn̄m deū tuū ex toto corde tuo / et ex tota anima tua / et ex omnibus virib⁹ tuis / et ex omni mente tua: et ꝓximū tuū sicut teipsum. Dixitq; illi. Recte respondisti. Hoc fac et viues. Ille aūt volens iustificare seipsum: dixit ad iesum Et quis est me⁹ proxim⁹? Suspiciens aūt iesus: dixit. Homo quidā descendebat ab hierusalē in hierico: et incidit in latrones. Qui etiā dispoliauerunt eū: et plagis impositis abierūt semiuiuo relicto. Accidit autē vt sacerdos quidā descenderet eadē via: et viso illo preteriit. Similiter et leuita cum esset secus locum et videret eum: pertransijt. Samaritanus aūt quidā iter faciēs venit secus eū: et vidēs eū / misericordia motus est. Et appropinquās alligauit vulnera ei⁹ infundens oleum et vinū. Et imponens illū in iumentū suū / duxit in stabulum: et curā eius egit. Et altera die protulit duos denarios: et dedit stabulario / et ait. Curā illius habe: et quodcūq; supererogaueris: ego cum rediero reddam tibi. Quis horū trium videtur tibi proxim⁹ fuisse illi: qui incidit in latrones? At ille dixit. Qui fecit misericordiā in illū Et ait illi ies⁹. Vade: et tu fac similiter. Offr.

In te speraui domine: dixi tu es deus meus: in manibus tuis tempora mea. Secreta.

Hostias quesumus dn̄e propitius intende: quas sacris altarib⁹ exhibemus: vt nobis indulgētiam largiēdo: tuo nomini dēt honorē. Per. Cōio. Panē de celo dedisti nobis dn̄e: habentē omne delectamētū: et omnē saporē suauitatis. Postcōio

Viuificet nos quesumus dn̄e huius participatio sctā mysterij et pariter nobis expiationē tribuat et munimē. Per dn̄m. Fer. iiij. thessaloni. ij.

FRatres. Memores estote laborū nostrorum et fatigationū nocte et die operātes: ne quē vestrū grauarem⁹. Predicauimus enim in vobis: euangelium dei. Vos enim testes estis et deus: ꝙ sancte et iuste et sine querela vobis q̄ credidistis affuim⁹ sicut scitis: qualiter vnumquēq; vestrū / tanq̄ pater filios suos deprecantes vos / et cōsolantes testificati sumus: vt ambularetis digne deo q̄ vocauit vos in regnum suū et gloriam. Ideo et nos gratias agimus deo sine intermissione: quoniā cū accepissetis a nobis verbum auditus dei: accepistis illud non vt verbū hominum sed sicut est vere verbum dei / qui operatur in vobis / qui credidistis. Secundum mathēum. xij.

IN illo tēpore. Abeuntes pharisei consiliū faciebāt aduersus iesum: quomodo eū perderent. Jesus autē sciens: recessit inde. Et secuti sunt eū multi et curauit eos oēs. Et p̄cepit eis ne manifestū eum facerēt: vt adimpleretur q̄d dictum est / per esayam prophetā dicentem. Ecce puer meus quē elegi dilectus meus: in quo bene cōplacuit anime mee Ponā spiritū meū sup eū: et iudiciū gentibus nūciabit. Nō contendet neq; clamabit: neq; audiet aliquis in plateis vocem eius. Arundinē quassatam nō cōfringet et lignū fumigās nō extinguet / donec eijciat ad victoriā iudiciū: et in noīe ei⁹ gētes sperabūt Dñica. xiiij. post tri. offi.



PRotector nr̄ aspice deus et respice in faciē christi tui: q̄a melior est dies vna in atrijs tuis sup milia. ps. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutū cōcupiscit et deficit aīa mea in atria dn̄i. Glo.

Omnipotẽs sempiterne de⁹ da nobis fidei spei et charitatis augmẽtum: et vt mereamur assequi quod promittis: fac nos amare qḋ precipis. Per dñm nostrum iesum. Ad galathas. v.

Fratres. Spiritu ambulate: ⁊ desideria carnis nõ perficietis. Caro enim concupiscit aduersus spiritũ: spiritus aũt aduersus carnẽ. Hec enim sibi inuicem aduersantur: vt nõ quecũq; vultis: illa faciatis. Quod si spiritu ducimini: non estis sub lege. Manifesta autem sunt opera carnis: que sunt / fornicatio / immũditia / auaritia / impudicitia / luxuria / ydolorũ seruitus / beneficia / inimicitie / cõtentiones / emulationes / ire / rixe / dissensiones / secte inuidie / homicidia / ebrietates / comessationes / et his similia. Que predico vobis sicut predixi: quoniam qui talia agũt: regnũ dei nõ consequẽtur. Fructus autẽ spiritus est / charitas / gaudiũ / pax / patientia / longanimitas / bonitas / benignitas / mãsuetudo / fides modestia / continentia / castitas. Aduersus huiuscemodi: non est lex. Qui autem sunt christi: carnẽ suam crucifixerunt cũ vicijs et cõcupiscentijs. Gr. Bonũ est cõfiteri dño: et psallere nõi tuo altissime. V⁹. Ad annũciandũ mane misericordiã tuã: ⁊ veritatẽ tuam per noctẽ. Alla. V⁹. Confitemini dño et inuocate nomẽ eius: annũciate inter gentes opera eius. Euãgeliũ Secũdũ lucam xvij.



In illo tẽpore. Cũ iret iesus in hierusalẽ: transibat per mediam samariã et galileã. Et cũ ingrederetur quoddam castellũ occurrerũt ei decem viri leprosi. Qui steterũt a longe ⁊ leuauerũt vocẽ dicẽtes. Jesu preceptor: miserere nostri Quos vt vidit dixit. Jte / ostendite vos sacerdotibus. Et factum est dum irent: mundati sunt. Unus autẽ ex illis vt vidit: quia mundatus est: regressus est cũ magna voce: magnificãs deum. Et cecidit in faciem ante pedes eius gratias agens. Et hic erat samaritanus. Respondens autẽ iesus: dixit. Nonne decẽ mũdati sunt: et nouem vbi sunt? Non est inuentus qui rediret et daret gloriam deo nisi hic alienigena. Et ait illi. Surge / et vade: quia fides tua te saluũ fecit. Offer. Immittit angelus domini in circuitu timentium eum: et eripiet eos: gustate et videte: quoniam suauis est dominus. Secreta.

Propitiare domine populo tuo propitiare muneribus: vt hac oblatione placatus: indulgentiam nobis tribuas / et postulata concedas. Per dñm. Communio. Panis quem ego dedero caro mea est pro seculi vita. Postcommunio.

Sumptis domine celestibus sacramentis: ad redemptionis eterne quesumus proficiam⁹ augmẽtum. Per dñm. ¶ Feria. iiij. Ad corinthios. ij. vj.

Fratres Nolite iugũ ducere cum infidelibus: sed cũ fidelibus. Que enim participatio iustitie cum iniquitate: aut q̃ societas luci ad tenebras? Que autẽ conuentio christi ad belial? Aut que pars fideli cũ infideli? Quis autẽ consensus templo dei cũ idolis? Uos autẽ estis templũ dei viui: sicut dicit deus. Quoniam inhabitabo in illis: et inambulabo inter eos: et ero illorũ deus / et ipsi erũt mihi populus. Propter quod exite de medio eorũ: et separamini dicit dñs. Uos q̃ portatis vasa domini: et immundũ ne tetigeritis. Et ego recipiam vos: ⁊ ero vobis in patrẽ: et vos eritis mihi in filios ⁊ filias: dicit dñs omnipotẽs. Has igitur promissiones habẽtes charissimi: mũdemus nos ab omni inquinamẽto carnis et spiritus perficiẽtes sanctificationẽ in timore dei. Euangeliũ Scdm lucã xij.

In illo tpe. Ait ad iesum quidã de turba Magister dic fratri meo vt diuidat mecũ hereditatẽ. At ille dixit ei. Homo quis cõstituit me iudicẽ aut diuisorem super vos? Dixitq; ad illos. Uidete et cauete ab omni auaritia: quia nõ in abundãtia cuiusq; vita eius est: ex his q̃

possidet. Dixit aūt similitudinē: ad illos dicēs. Hominis cuiusdā diuitis vberes fructus ager attulit: ⁊ cogitabat intra se dicēs. Quid faciā ꝙ nō habeo: quo cōgregem fructus meos. Et dixit. Hoc faciā. Destruā hoꝛrea mea: et maioꝛa faciam: ⁊ illuc congregabo omnia que nata sunt mihi: et bona mea et dicā anime mee. Anima habes multa bona posita in annos plurimos/ requiesce/ comede/ bibe/ et epulare. Dixit autem illi deus. Stulte/ hac nocte animam tuā repetēt a te: que autē parasti/ cuius erūt. Sic est qui sibi thesaurizat: et non est in deū diues. Dixitqꝫ ad discipulos suos. Ideo dico vobis. Nolite solliciti esse anime vestre q̄d māducetis/ neqꝫ coꝛpoꝛi vestro/ quid induamini. Anima plus est ꝙ esca/ et coꝛpus plus ꝙ vestimētū. Considerate coꝛuos: quia nec semināt/ neqꝫ metūt. Quibus nō est cellariū neqꝫ hoꝛreum: ⁊ deus pascit illos. ¶ Dñica. xv. post trini. offi.



Nclina dñe aurem tuā ad me et exaudi me: saluum fac seruū tuū deus meus sperantē in te/ miserere mihi dñe: quoniā ad te clamaui tota die. Ps. Letifica animam serui tui: quoniam ad te domine animam meam leuaui. Oratio.

Custodi quesumus dñe ecclesiā tuam ꝑpitiatione perpetua: ⁊ q̄a sine te labit̄ humana moꝛtalitas tuis semper auxilijs ⁊ abstrahitur a noxijs: ⁊ ad salutaria dirigatur. Per. Ad galath. vj

FRatres. Si spū viuimꝰ: spū ⁊ ambulemus Non efficiamur inanis gloꝛie cupidi/ inuicē pꝛouocātes/ inuicē inuidētes. Fratres: et si pꝛeoccupatꝰ fuerit homo in aliquo delicto: vos qui spirituales estis huiuscemodi instruite in spiritu lenitatis. Considerās teipsum: ne ⁊ tu tēteris. Alter alterius onera poꝛtate et sic adimplebitis legē chꝛisti. Nā si q̄s existimat se aliquid esse cū nihil sit: ipse se seducit. Opus autē suū pꝛobet vnusq̄sqꝫ et sic in semetipso tantū gloꝛiā habebit/ et nō in altero. Unusq̄sqꝫ eñi: onus suum poꝛtabit. Cōmunicet autē is qui catechizatur verbo: ei ꝗ se catechizat in omnibꝰ bonis. Nolite errare: deus nō irridetur Que enim seminauerit homo: hec et metet. Quoniā qui seminat in carne sua: de carne et metet coꝛruptionē. Qui autē seminat in spiritu: de spiritu et metet vitā eternā. Bonū autē facientes non deficiamus: tēpoꝛe enim suo metemus nō deficientes. Ergo dū tempus habemꝰ/ operemur bonū ad omnes: maxime aūt ad domesticos fidei. Gꝛ. Bonū est confidere in dño: q̄ꝫ cōfidere in hoīe. V. Bonū est sperare in dño: q̄ꝫ sperare in pꝛincipibꝰ. Alla. V. Paratū coꝛ meū deus: paratū coꝛ meū: cātabo et psallam tibi in gloꝛia mea. Scḋm matheū. vj.



IN il. t. d. i. discī. suis. Nemo potest duobus dñis seruire. Aut enim vnū odio habebit: et alterū diliget: aut vnū sustinebit: et alterū contemnet. Non potestis deo seruire/ et māmone. Ideo dico vobis: ne solliciti sitis anime vestre quid māducetis neqꝫ coꝛpoꝛi vestro/ q̄d induamini Nōne aīa plꝰ est ꝙ esca: ⁊ coꝛpus plus ꝙ vestimētū. Respicite volatilia celi: que nō serūt neqꝫ metūt/ neqꝫ congregāt in hoꝛrea: et pater vester celestis pascit illa. Nōne vos magis pluris estis illis. Quis aūt vestrū cogitās/ potest adijcere ad staturā suam cubitū vnū. Et de vestimētis: quid solliciti estis. Considerate lilia agri: quomodo crescunt. Neqꝫ laboꝛāt/ neqꝫ nent. Dico aūt vobis: quoniā nec salomō in omni gloꝛia sua coopertus est sicut vnū ex istis. Si autē fenū agri q̄d hodie est: et cras in clibanū mittit̄ deus sic vestit: ꝙto magis vos minime fidei. Nolite ergo solliciti esse dicentes: q̄d manducabimus/ aut q̄d bibemꝰ/ aut quo operiemur. Hec eñi oīa: gentes inq̄rūt. Scit enim pater vester: q̄a his omnibus indigetis Querite ergo pꝛimum

regnū dei & iustitiā eius: & hec omnia adijcientur vobis. Offr. Expectās expectaui dominū et respexit me: et exaudiuit deprecationem meā: et immisit in os meum canticum nouum: hymnum deo nostro. Secreta.

Concede nobis dñe quesumus vt hec oblatio salutaris: et nostrorū fiat purgatio peccatorū: et tue propitiatio pietatis. Per d. Cōio. Qui manducat carnem meā: & bibit sanguinē meum: in me manet et ego in eo dicit dominus. Postcōmunio

Purificent semper et muniāt tua sacramenta nos deus: et ad perpetue ducant saluationis effectum. Per

Feria tertia. Ad thimotheum. j. ca. j.

Charissime. Scimus autē quia bona est lex: si quis ea legittime vtatur. Sciēs hoc: q̄a iusto nō est lex posita: sed iniustis et nō subditis/ impijs et peccatoribus/ sceleratis et cōtaminatis/ patricidis et matricidis/ homicidis/ fornicarijs/ masculorū concubitorib⁹ / plagiarijs/ mendacibus et periuris. Et si quid aliud sane doctrine aduersat: que est secundū euāgeliū glorie beati dei quod creditum est mihi. Gratias ago ei/ q̄ me cōfortauit in christo iesu dño nostro: q̄a fidelem me existimauit ponēs in ministerio/ qui prius fui blasphemus/ & persecutor & contumeliosus. Sed misericordiā dei consecutus sum: quia ignorās feci in incredulitate. Supabūdauit autē gratia dñi nr̄i cū fide et dilectiōe q̄ est in xp̄o iesu dño nostro. Secundum Lucam. xx

In illo tpe. Factū est in vna dierū/ docēte iesu populū in tēplo/ et euāgelizāte/ cōuenerūt principes sacerdotū et scribe cum senioribus / et aiūt dicētes ad illū. Dic nobis in qua potestate hec facis: aut q̄s est q̄ dedit tibi hāc potestatē. Respondēs autē iesus: dixit ad illos. Interrogabo vos et ego vnū sermonē: respondete mihi. Baptismus iohānis vnde erat de celo: an ex hominibus. At illi cogitabāt intra se dicentes. Quia si dixerimus de celo: dicet nobis. Quare ergo nō credidistis illi. Si aūt dixerimus ex hoīb⁹ plebs vniuersa lapidabit nos Certi sunt enī iohānē pphetā esse. Et responderūt se nescire vnde esset: et iesus ait illis. Neq₃ ego dico vobis in qua potestate hec facio. Dñica. xvj. post trinit. Offi.



Miserere mihi dñe quoniā ad te clamaui tota die: q̄a tu domine suauis ac mitis es: et copiosus in misericordia/ omnib⁹ inuocantibus te. Ps. Inclina domine aurem tuam: et exaudi me: quoniam inops et pauper sum ego. Oratio.

Ecclesiam tuam q̄s dñe: miseratio cōtinuata mūdet et muniat: et q̄a sine te nō potest salua cōsistere/ tuo semp munere gubernet. Per. Ad ephesios. iij

Fratres. Obsecro vos ne deficiatis in tribulationib⁹ meis pro vobis q̄ est gloria vestra. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrē dñi nostri iesu christi: ex quo ois paternitas in celis et in terra nominat. Ut det vobis secundū diuitias glorie sue virtutē corroborari per spiritū eius in interiori hoie xp̄m habitare per fidē in cordib⁹ vr̄is. In charitate radicati et fundati: vt possitis cōprehendere cū oibus sctis/ q̄ sit latitudo: longitudo/ et sublimitas/ et profundum Scire etiā supereminētē scientie charitatē christi: vt impleamini in oēm plenitudinē dei. Ei autē q̄ potēs est oia facere supabundāter q̄ petimus: aut intelligimus/ secundū virtutē q̄ operat in nobis Ipsi gloria in ecclesia/ & in christo iesu: in oēs generationes: seculi seculorū amen. Gr. Timebūt gētes nomē tuū dñe: et oēs reges terre gloriā tuā. V. Qm̄ vinificauit dñs syon: et videbitur in maiestate sua. Alla. V. Qui timēt dn̄m sperēt in eum: adiutor et protector eorum est. Euangeliū scd̄m lucā. vij.

In illo tpe. Ibat iesus in ciuitatē q̄ vocatur naim: et ibant cū eo discipuli eius et turba copiosa. Cū autem appropinquaret porte ciuitatis/ ecce defūctus efferebatur filius vnicus mr̄is sue. Et hec vidua erat: et turba multa ciuitatis cū illa. Quā cum vidisset dñs/ misericordia motus sup eā/ dixit illi Noli flere

Et accessit: et tetigit loculũ. Hi autẽ qui portabãt steterũt. Et ait. Adolescẽs: tibi dico surge. Et resedit qui erat mortuus et cepit loqui. Et dedit illũ matri sue. Accepit aũt oẽs timor: et magnificabãt deũ dicentes. Quia pphēta magnꝰ surrexit in nobis: & q̃a deus visitauit plebem suã. Offr. Domine in auxilium meum respice: confundantur et reuereantur qui querunt animam meam: vt auferant eam. Secreta.

Tua nos dñe q̃s sacramẽta custodiant: et cõtra dyabolicos tueantur semp incursus. Per do. Cõio. Domine memorabor iustitie tue solius: deus docuisti me a iuuentute mea: et vsq; in senectam et senium deus ne derelinquas me. Postcõmunio.

Mentes nostras & corpora possideat quesumꝰ dñe doni celestis operatio: vt nõ noster sensus in nobis: sed iugiter eius preueniat effectus. Per dñm

Feria quarta Ad collossenses. ij.

Fratres. Uidete ne quis vos decipiat per philosophiã et inanẽ fallaciã: secũdũ traditionẽ hominũ: secũdũ elemẽta mũdi / et nõ secundũ christũ. Quia in ipso inhabitat oĩs plenitudo diuinitatis corporaliter: et estis in illo repleti / q̃ est caput oĩs principatus et potestatis. In quo et circũcisi estis circũcisiõe nõ manufacta / in expoliatiõe corporis carnis: sed in circũcisiõe xpi. Cõsepulti ei in baptismo: in quo et resurrexistis per fidẽ operatiõis dei: q̃ suscitauit illũ a mortuis Et vos cũ essetis mortui in delictis & preputio carnis vestre: cõuiuificauit cũ illo donãs vobis omnia delicta Per iesum christum dominũ nostrũ. Scðm marcũ. viij

In illo tpe. Uenit iesus bethsaidã / et adducũt ei cecũ: & rogabãt eum vt illũ tangeret. Et apprehensa manu ceci: eduxit eũ extra vicũ. Et expuẽs in oculos eius impositis manibꝰ suis: interrogauit eũ si quid videret. Et aspiciens ait. Uideo hoĩes: velut arbores ambulãtes. Deinde iterũ imposuit manus sup oculos eius / et cepit videre: et restitutꝰ est ita vt videret clara oĩa. Et misit illũ in domũ suã: dicens. Uade in domũ tuã: et si in vicũ introieris: nemini dixeris.

Dñica. xvij. post trinitatẽ Officium.



Iustus es domine: et rectum iudicium tuũ / fac cum seruo tuo secundũ misericordiam tuam. ℣. Beati immaculati in via: q̃ ambulant in lege dñi. Oro.

Tua nos dñe q̃s grã semp preueniat et sequat: ac bonis operibꝰ iugiter pstet esse intẽtos. p. Ad ephe. iiij

Fratres. Obsecro vos ego vinctꝰ in dño: vt digne ambuletis in vocatione qua vocati estis. Cũ omni humilitate et mãsuetudine / cũ patientia supportãtes inuicẽ in charitate: solliciti seruare vnitatẽ spũs in vinculo pacis. Unũ corpus et vnus spũs: sicut vocati estis in vna spe vocatiõis vestre. Unus dñs / vna fides / vnũ baptisma. Unus deꝰ & pater omniũ: qui est super oẽs / et per oĩa / & in oĩbꝰ nobis. Qui est benedictꝰ: in secula seculorũ amẽ. Gr. Beata gens cuius est dñs deus eorũ: populus quẽ elegit dñs in hereditatẽ sibi. ℣. Uerbo dñi celi firmati sunt: & spũ oris eius ois virtus eorũ. Alla ℣. Dextera dñi fecit virtutẽ: dextera domini exaltauit me.

Euangelium secundum Lucam. xiiij.



In illo tpe. Cũ intraret iesus ĩ domũ cuiusdã principis phariseorũ sabbato mãducare panẽ: & ipsi obseruabãt eũ. Et ecce homo q̃dã hydropicus: erat ante illum. Et respondẽs iesus: dixit ad legisperitos et phariseos / dicens. Si licet sabbato curare? At illi tacuerũt. Ipse vero apprehensum sanauit eũ ac dimisit. Et respondẽs ad illos: dixit. Cuiꝰ vestrũ asinus aut bos in puteũ cadet / et nõ cõtinuo extrahet illũ die sabbati? Et nõ poterãt ad hec respondere illi. Dicebat aũt ad inuitatos parabolã intendẽs quomodo primos accubitus eligerẽt / dicẽs

ad illos. Cū inuitatus fueris ad nuptias nō discumbas in primo loco: ne forte honoratior te sit inuitat⁹ ab illo/ et veniēs is qui te et illū vocauit/ dicat tibi. Da huic locū. Et tūc incipies cū rubore: nouissimū locū tenere. Sed cū vocatus fueris/ vade recumbe in nouissimo loco: vt cū venerit q̄ te inuitauit/ dicat tibi. Amice/ ascēde superius. Tūc erit tibi gloria corā simul discūbentibus. Quia ois q̄ se exaltat/ humiliabitur: & q̄ se humiliat/ exaltabitur. Offr. Oraui deū meū ego daniel dicens: exaudi domine preces serui tui: illumina faciem tuam super sanctuarium tuum: et propitius intende populum istum super quē inuocatum est nomen tuum deus. Secreta

Munda nos quesumus domine sacrificij presentis effectu/ & perfice miserat⁹ in nobis: vt eius mereamur esse participes. Per. Cōio. Vouete & reddite dño deo vestro oēs q̄ in circuitu eius affertis munera: terribili et ei q̄ aufert spūm principū terribili apud oēs reges terre. Postcōio.

Nutrifica dñe quesum⁹ mentes nostras benignus: et renoua celestibus sacramētis: vt cōsequēter et corporū presens pariter et futurū/ capiamus auxiliū. Per. Feria.iiij. Epla. Si enim vnius. & euāgel. Cū venisset iesus et discipuli ei⁹. Require in.iiij.feria post dñicā.xviij. Dñica.xviij.post trini. Offi.

Da pacē dñe sustinētibus te: vt pphete tui fideles inueniantur: exaudi preces serui tui/ et plebis tue israel. ps. Letatus sum in his q̄ dicta sunt mihi: in domum domini ibimus. Oratio.

Da quesum⁹ dñe populo tuo dyabolica vitare contagia: et te solū deum pura mente sectari Per dominū. Lctō eple beati pauli apli. Ad corin.i.i.

Fratres. Grās ago deo meo semper pro vobis in gratia dei: q̄ data est vobis in christo iesu. Quia in omnibus diuites facti estis in illo in omni verbo et in omni scientia/ sicut testimonium christi cōfirmatū est in vobis: ita vt nihil vobis desit in vlla gratia: expectātib⁹ reuelationē dñi nostri iesu christi. Qui & cōfirmabit vos vsq3 in finē sine crimine: in die aduentus dñi nostri iesu christi. Gr.

Letat⁹ sum in his q̄ dicta sunt mihi: in domū dñi ibimus. V⁹. Fiat pax in virtute tua: et abūdantia in turribus tuis. Alla. V. Letatus sum in his que dicta sunt mihi: in domū dñi ibimus. V. Stantes erant pedes nostri: in atriis tuis hierusalē. Isti.ij. V. dñt per ebdo. alternis vicibus: ita tamē q̄ V⁹. Stantes. primo dicit quādo de feria agitur. Et si nulla fet. per hāc ebdō. ad hoc vacauerit/ tūc vltim⁹ V⁹. eo anno oino p̄termittat.

Sequētia scti euāgelij scdm mat.xxij



In illo tēpore. Accesserūt ad iesum pharisei Et interrogauit eū vnus ex eis legis doctor tētās eū. Magister/ qd̄ est mandatum magnū in lege. Ait illi ies⁹. Diliges dominū deum tuū ex toto corde tuo/ et in tota aia tua: et in tota mēte tua. Hoc est maximū: & primum mādatū. Scdm aūt: simile est huic. Diliges proximū tuū: sicut te ipsum. In his duobus mādatis: vniuersa lex pēdet/ et prophete. Cōgregatis aūt phariseis: interrogauit eos iesus dicēs. Quid vobis videtur de christo: cuius fili⁹ est. Dicūt ei. Dauid. Ait illis. Quomodo ergo dauid in spiritu vocat eū dñm dicēs. Dixit dñs domino meo: sede a dextris meis: donec ponā inimicos tuos scabellū pedum tuorū. Si ergo dauid vocat eum dñm: quomodo filius eius est. Et nemo poterat respondere ei verbū: neq3 ausus fuit quisq̄ ex illa die: eū amplius interrogare. Offr. Sanctificauit moyses altare dño offerēs sup illud olocausta: & immolās victimā fecit sacrificiū vespertinū in odorē suauitatis/ dño deo in conspectu filiorum israel. Secreta

Maiestatē tuam dñe suppliciter deprecamur: vt hec sancta que gerimus: et a preteritis delictis nos exuāt

et futuris. Per dñm nostrū. Cōmunio. Tollite hostias et introite in atria eius: adorate dominum in aula sancta eius. Postcōio.

Sanctificationib⁹ tuis quesumus omnipotēs deus: et vicia nostra curentur/et remedia nobis eterna proueniant. Per. Feria.iiij. Ad roma.xv

Fratres. Obsecro vos per dñm iesum christū ꝛ per charitatē sancti spiritus: vt adiuuetis me in orōnib⁹ vestris pro me ad deū: vt liberer ab infidelibus qui sunt in iudea/et obsequij mei oblatio fiat accepta in hierosolyma sanctis vt veniam ad vos in gaudio per voluntatem dei/vt refrigerer vobiscum. Deus autem pacis: sit cum omnibus vobis amen. Euangeliū secundū Matheū. xiij

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis parabolā hāc. Simile factum est regnū celorū grano sinapis: qđ accipiens homo seminauit in agro suo/qđ minimum est omnibus seminibus. Cū autem creuerit: maius est omnibus oleribus. Et fit arbor ita vt volucres celi veniant: ꝛ habitent in ramis eius. Aliam parabolam locut⁹ est eis. Simile est regnū celorū fermento: qđ acceptum mulier/abscōdit in farine satis tribus donec fermētatū est totū. Hec omnia locut⁹ est iesus in parabolis ad turbas: et sine parabolis nō loquebatur eis vt adimpleretur qđ dictū est per prophetam dicentē. Aperiā in parabolis os meū: eructabo absconsa a constitutione mundi. Dominica.xix.post trinitatem Officium.



Salus ppli ego sum dicit domin⁹: de quacunqꝫ tribulatiōe clamauerint ad me exaudiā eos: ꝛ ero illorum dominus in perpetuū. ps. Attendite popule meus legem meā: inclinate aurem vestram in verba oris mei. Oratio.

Dirigat corda nr̄a q̄s dñe tue miseratiōis operatio: q̄a tibi sine te placere nō possum⁹. Per d. Ad ephe.iiij.

nus/ inuenerit vigilantẽ: amẽ dico vobis super
omnia bona sua constituet eum. Postcõio.

Quos tuis dñe reficis sacramẽtis
sancti dauidis cõfessoris tui atqz
pontificis attolle benignis suffragijs vt
nostre redemptionis effectum: et myste
rijs capiam9 et moribus. Per dominũ.
¶ Sancti cedde epi et cõfessoris. Offm.

SAcerdotes dei bñdicite dominũ: sancti et humiles corde laudate deũ. Ps. Benedicite oĩa opa dñi dño: laudate et superexaltate eũ in secula. Oro.

OMnipotens sempiterne deus q̃ nos btĩ cedde cõfessoris tui atq̃ pontificis hodierna festiuitate letificas tuã supplices exoramus clementiã: vt cuius solennia deuotis officijs veneramur: eius pijs suffragijs vite eterne remedia cõsequamur. Per. Epla. Dilectus deo et hominib⁹. in cõi. fo. viij. Gr. Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo. V. Nõ est inuentus similis illi: qui cõseruaret legẽ excelsi. Tr. Beatus vir. vtĩ in officio scti gregorij. Euange. Uidete vigilate. in cõi. fol. ix. Offer. Inueni dauid seruũ meũ: et in oleo sancto vnxi eũ: manus eñi mea auxiliabitur ei: et brachiũ meũ confortabit eum. Secreta.

PRopitiare q̃s dñe supplicationibus nostris: et intercedẽte pro nobis beato cedda cõfessore tuo atq̃ pontifice: his sacramentis celestib⁹ seruiẽtes ab oĩni culpa liberos esse cõcede: vt purificante nos tua gratia: eisdẽ quibus famulamur mysterijs emundemur. Per. Coio. Dñe quinq̃ talenta tradidisti mihi: ecce alia quinq̃ superlucratus sum: euge serue fidelis/ quia in pauca fuisti fidelis: supra multa te constituã: intra in gaudiũ dñi tui. Postcõio.

PResta q̃s dñe deus noster: vt diuinis mysterijs expiati: intercedente btõ cedda cõfessore tuo atq̃ pontifice: ad superni plenitudinẽ sacramẽti cuius libauimus sancta tendamus. Per dñz.

¶ Sctarũ perpetue et felicitatis. Offin.

VUltũ tuum deprecabũtur omnes diuites plebis: adducentur regi virgines post eam: proxime eius adducentur tibi in letitia et exultatione. Ps. Eructauit cor meum verbũ bonum: dico ego opera mea regi. Oratio.

DA nobis q̃s dñe deus noster: sctãrũ martyrũ tuarũ perpetue et felicitatis palmas incessabili deuotiõe venerari: vt quas digna mẽte nõ possum⁹ imitari humillimis saltẽ frequentemus obsequijs. Per. Epla. De virginib⁹. in cõi. fol. xij. Gr. Gloriosus deus in sctis: mirabilis in maiestate faciẽs prodigia. V. Dextera tua dñe glorificata est in virtute: dextera manus tua cõfregit inimicũ. Euãge. Simile est regnũ celorũ decem. in cõi. fol. xij. Offer. Offerentur regi virgines post eam proxime eius offerentur tibi. Secreta.

INtende q̃s dñe munera altarib⁹ tuis pro sanctarũ martyrũ tuarũ perpetue et felicitatis cõmemoratione proposita: vt sicut per hec btã mysteria illis gloriã contulisti: sic nobis indulgentiam largiaris et gratiã. Per do. Coio. Quinq̃ prudentes virgines acceperunt oleũ in vasis suis cum lampadibus: media autẽ nocte clamor factus est: ecce sponsus venit exite obuiam christo domino. Postcõio.

SAnctarũ martyrũ tuarũ perpetue et felicitatis festiuitate et sacramenti diuini munere vegetati: quesum⁹ dñe: vt sicut bonis tuis per tuam gratiã tẽporaliter fouemur: ita perfruamur eternis. Per. ¶ Si aliqd fest. ix. l. a capite ieiu. vsq̃ ad crast. octa. pasc. contigerit/ nihil inde fiat: nec etiã memoria

¶ Patricij episcopi et confessoris. Offiñ

STatuit ei domin⁹ testamẽtum pacis/ et principẽ fecit eũ vt sit illi sacerdotij dignitas ineternũ. Ps. Mias dñi: ineternum cantabo. Oratio.

DA q̃s omnipotẽs deus/ vt beati patricij cõfessoris tui atq̃ pontificis venerãda solennitas: et deuotionẽ nobis augeat et salutẽ. Per. Epla Ecce sacerdos magn⁹ q̃ in diebus suis. in coi. fo. viij. Gr. Iurauit dñs et nõ penitebit eũ tu es sacerdos ineternũ secundũ ordinẽ melchisedech. V. Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. Tr. Btũs vir. vt in officio sequenti. Euange. Uigilate q̃a nescitis. in cõi. fo. ix. Offer. Inueni dauid seruũ meũ: et in oleo sancto vnxi eũ/ manus eñi mea auxiliabitur ei: et brachiũ meũ confortabit eum. Secreta.

REspice q̃s domine munera populi tui in beati patricij cõfessoris tui

atq; pontificis honore oblata: et tue testificatio veritatis nobis proficiat ad salutē. Per do. Cōio. F idelis seruus et prudens quē cōstituit dn̄s super familiā suā: vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcōio.

Q Uos tuis dn̄e reficis sacramentis: scti patricij cōfessoris tui atq; pontificis attolle benignus suffragijs: vt nostre redemptionis effectum/ & mysterijs capiamus et moribus. Per dn̄m.

¶ Sancti gregorij pape. Officium.

S Acerdotes dei benedicite dn̄m: scti et humiles corde laudate deū. ps. Bn̄dicite oīa opera domini domino: laudate et superexaltate eum in secula. Orō.

D Eus qui aīe famuli tui gregorij eterne beatitudinis premia contulisti: concede propitius: vt qui peccatorū nostrorū pondere premimur: ei⁹ apud te patrocinijs subleuemur. Per. Epla. Dedit dn̄s. in cōi. fo. ix. Gr. I urauit dn̄s et non penitebit eū: tu es sacerdos ineternū secundū ordinē melchisedech. ℣. Dixit dominus dn̄o meo sede a dextris meis. Tractus.

B Eatus vir qui timet dominū: in mādatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorū benedicetur. ℣. Gloria et diuitie in domo ei⁹: et iusticia eius manet in seculū seculi. Euange. Vigilate quia nescitis. in cōi. fol. ix. Offr. V eritas mea et misericordia mea cū ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

I Ntercessio q̄s dn̄e beatissimi gregorij cōfessoris tui atq; pontificis mie tue munera cōciliet/ vt q̄ merita nostra nō valent ei⁹ deprecatio nobis obtineat. Per. Cōio. F idelis seruus & prudēs quē constituit dn̄s super familiā suā: vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcōio.

C Orporis sacri preciosiq; sanguinis repleti libamine: quesumus dn̄e deus noster: vt quod pia deuotione gerimus: intercedente beato gregorio confessore tuo atq; pontifice/ certa deuotiōe capiamus. Per dominū.

¶ Sancti edwardi regis et martyris. Officium.

G Loria et honore coronasti eū/ & cōstituisti eū sup opera manuū tuarū. ps. Dn̄e dn̄s noster q̄ admirabile est nomen tuū in vniuersa terra. Oratio.

D Eus eterni triūphator imperij: familiā tuā propiti⁹ respice: martyriū regis celebrantē edwardi: & presta vt sicut illū munere glorificare dignaris celesti: ita nos eius obtentu eterne felicitati facias dignāter ascribi. Per. Epla. Beatus vir qui inuen. in cōi. fol. iij. Gr. P osuisti dn̄e super caput eius: coronā de lapide precioso. ℣. Desideriū aīe eius tribuisti ei: & volūtate labiorū eius nō fraudasti eū. Tract⁹.

D Esideriū aīe eius tribuisti ei: et voluntate labiorū eius non fraudasti eū. ℣. Quoniā preuenisti eū in bn̄dictiōe dulcedinis. ℣. Posuisti super caput eius: coronā de lapide precioso. Euange. Si quis venit ad me. In cōi. fo. iiij. Offr. G loria et honore coronasti eum: et constituisti eum super opera manuum tuarum domine. Secreta.

I Nuenere q̄s eterne deus: ad nr̄e humilitatis hostiā tibi in honore tui martyris ac regis edwardi oblatā: quā tibi sacrā oblationē mirabili dispensatione efficere voluisti: et cōcede nobis illius precib⁹: ita innocēter viuere/ vt ad eterna mereamur gaudia peruenire. Per. Cōio. M agna est gloria eius in salutari tuo: gloriam et magnum decorem impones super eum domine. Postcommunio.

S Ancta tua nos dn̄e sumpta purificent: et beato martyre tuo ac rege edwardo intercedēte ad ppetue beatitudinis cōsortiū perducant. Per dn̄m.

¶ Scti cuthberti epi & cōfessoris. Offm̄.

S Tatuit ei domin⁹ testamētum pacis/ et principē fecit eū vt sit illi sacerdotij dignitas ineternū. ps. Mias dn̄i ineternum cantabo. Oratio.

D Eus qui per inestimabile mun⁹ gratie tue sanctos tuos facis esse gloriosos: presta q̄s: vt interueniēte btō cuthberto confessore tuo atq; pontifice/ mereamur ad culmē virtutū peruenire

Per. Epl'a. Ecce sacer. mag. q̄ in diebus suis in cōi. fo. viij. Gr. Ecce sacerdos magnus qui in dieb⁹ suis placuit deo. V. Non est inuentus similis illi qui cōseruaret legē excelsi. Tractus. Beatus vir. In cōi. fo. ix. Euāge. Homo quidā pegre. In cōi. fo. ix. Offr. Inueni dauid seruū meū: et in oleo sctō vnxi eū: manus eni mea auxiliabitur ei: et brachium meum confortabit eum. Secreta.

Suscipe dn̄e q̄s hostiā redemptionis humane/ et intercessione beati cuthberti cōfessoris tui atq; pontificis salutē nobis mentis et corporis placat⁹ operare. Per. Cōio. Beat⁹ seruus quē cū venerit dn̄s inuenerit vigilantē: amen dico vobis/ super oia bona sua cōstituet eū. Postcōio

Sancta tua q̄s dn̄e que sumpsim⁹ nos sua virtute tueātur: et intercedēte btō cuthberto confessore tuo atq; pontifice: cui⁹ vita gloriosa effulsit in pace: et nos sanctitate custodiant. Per. do.

¶ Sancti benedicti abbatis. Officium

Os iusti meditabitur sapientiā/ et lingua eius loquetur iudiciū lex dei eius in corde ipsius. Ps. Noli emulari in malignātibus neq; zelaueris facientes iniquitatem. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus: qui hodierna die carnis eductū ergastulo beatissimū cōfessorem tuū bn̄dictū subleuasti ad celum: concede q̄s hec festa tuis famulis celebrantibus cunctorū veniā delictorū: vt qui exultātibus animis eius claritati cōgaudent: ipso apud te interueniēte cōsocientur et meritis. Per. Epl'a. Iustus cor suū tradet. In cōi. fol. x. Gr. Os iusti meditabitur sapientiam: et lingua eius loquetur iudiciū. V. Lex dei ei⁹ in corde ipsius: et nō supplantabūtur gressus eius. Tract⁹. Desideriū aīe eius. vtā. in officio scti edwardi. Euange. Nemo accendit. In cōi. fol. x. Offr. Desideriū anime eius tribuisti ei domine: et voluntate labiorum eius non fraudasti eum/ posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Secreta.

Oblatis dn̄e ob honorē beati bn̄dicti cōfessoris tui atq; abbatis placa-

re muneribus: et ipsius interuentu/ cunctorū nobis indulgentiā tribue peccatorū. Per. Cōio. Beatus seruus quē cū venerit dn̄s/ inuenerit vigilantē: amē dico vobis: super omnia bona sua constituet eum. Postcōio.

Presta nobis dn̄e tui perceptio sacramenti: intercedēte beato benedicto cōfessore tuo atq; abbate: vt et conuersationis eius imitemur exempla/ et pertingamus ad premia. Per dominū.

¶ Si festū scti edwardi vel scti cuthberti/ aut scti bn̄dicti: infra passionē euenerit/ nihil fiet de eis vsq; ad trāsla. corū dē



¶ In annunciatione beate marie virginis. Ad missam. Officium.



Rorate celi desuper et nubes pluant iustū: aperiatur terra: et germinet saluatorē. In tpe pasche. alla alla. V. Et iusticia oriat̄ simul ego dn̄s creaui eum. Ps.

Deus q̄ de beate marie virginis vtero verbū tuū angelo nuncian-

te carnē suscipere voluisti: presta supplicibus tuis ut qui vere eam dei genitricē credimus/ eius apud te intercessionib⁹ adiuuemur. Per eundē dñm nostrum.
Lectio ysaye prophete. vij.
IN diebus illis. Locutus est dñs ad acham dicēs. Pete tibi signū a dño deo tuo in profūdū inferni: siue in excelsum supra. Et dixit acham. Non petā et non tentabo dñm. Et dixit Audite ergo domus dauid. Nunquid parū vobis est molestos esse hominibus / q̄a molesti estis & deo meo. Propter hoc dabit dñs ipse vobis signū. Ecce virgo concipiet et pariet filiū: et vocabitur nomen ei⁹ emanuel. Butyrū & mel comedet: ut sciat reprobare malū: & eligere bonū. Gr. Tollite portas principes vestras: et eleuamini porte eternales et introibit rex glorie. V⁹. Quis ascendet in montē dñi aut q̄s stabit in loco sctō eius: innocēs manibus et mūdo corde. In tpe pascha. Alla. V. Aue maria gr̄a plena dñs tecū. Bñdicta tu in mulieribus. Scdm Alla. erit unū de subscriptis in offici. sequ. icz scti rechardi. Hac die dicatur ista sequētia: licet in. xl. contigerit. Sequentia.
AUe mūdi spes maria / aue mitis aue pia: aue plena grā. Aue virgo singularis que per rubū designaris/ nō passū incēdia. Aue rosa speciosa: aue iesse virgula Cuius fruct⁹ nostri luctus relaxabat vincula. Aue carēs simili mūdo diu flebili: reparasti gaudiū. Aue cuius viscera/ contra mortis federa: ediderunt filiū. Aue virginū lucerna: per quā fulsit lux superna / his quos umbra tenuit. Aue virgo de qua nasci / et de cui⁹ lacte pasci: rex celorū voluit. Aue gēma/ celi luminariū. Aue sancti spūs sacrariū O q̄ mirabilis et q̄ laudabilis / hec virginitas. In qua per spm̄ facta paraclitū fulsit fecunditas. O q̄ sctā q̄ serena q̄ benigna q̄ amena esse virgo creditur Per quā seruitus finitur: porta celi aperitur necnō libertas redditur. O castitatis liliū: tuū precare filiū/ q̄ salus es humiliū. Nec nos pro nr̄o vicio: in flebili iudicio: subiiciat supplicio. Sed nos tua sctā prece mundās a peccati fece. Collocet in lucis domo: amen dicat oīs homo. Tūc sacerd. et eius ministri in sedibus iuxta altare priuatim dicant sequ. Tractus.
AUe maria grā plena dñs tecū. V. Benedicta tu in mulieribus / et bñdictus fructus vētris tui. V. Spiritus sctūs superueniet in te: et virtus altissimi obūbrabit tibi. V. Ideoq3 et quod nascetur ex te sanctū / vocabitur filius dei. Euāgeliū secundū Lucā. j.
IN illo tpe. Missus est angelus gabriel a deo / in ciuitatem galilee cui nomē nazareth / ad virginē desposātā viro: cui nomē erat ioseph / de domo dauid et nomen virginis maria. Et ingressus angelus ad eā: dixit. Aue grā plena dñs tecū / bñdicta tu in mulieribus. Que cū audisset / turbata est in sermone eius: et cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei Ne timeas maria: inuenisti eni gratiā apud deū. Ecce cōcipies in utero / et paries filiū: et vocabis nomen eius iesum. Hic erit magnus: & filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dñs deus sedē dauid pr̄is ei⁹ et regnabit in domo iacob ineternū / & regni eius nō erit finis Dixit autē maria ad angelū Quomodo fiet istud: quoniā virū non cognosco. Et respondēs angelus dixit ei Spūs sctūs superueniet in te: & virt⁹ altissimi obūbrabit tibi. Ideoq3 et qđ nascetur ex te sctūm vocabitur filius dei. Et ecce elizabet cognata tua: et ipsa cōcepit filiū in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi / que vocatur sterilis: quia nō erit impossibile apud deū oē verbū. Dixit aūt maria. Ecce ancilla dñi: fiat mihi secundū verbū tuū. Offer. Aue maria grā plena dñs tecū: bñdicta tu in mulieribus et bñdictus fruct⁹ ventris tui. In tpe paschali. alleluya. Secreta
IN mentibus nostris q̄s dñe vere fidei sacramenta confirma ut qui cōceptū de virgine / deū verū & hoiem similiter cōfitemur: per eiusdē salutifere incarnationis potentiā: ad eternā mereamur peruenire letitiā. Per eius. Prefa. Et te in annūciatione. Cōio. Ecce virgo cōcipiet et pariet filiū: et vocabitur nomē eius

emanuel. In tpe pasc. alla alla. Postcōio.

Gratiā tuā q̄s dn̄e mentibus nr̄is infunde: vt q̄ angelo nunciāte xp̄i filij tui incarnationem cognouim⁹: per passionē eius et crucē ad resurrectionis gloriā perducamur. Per eūdem. ¶ Si hoc festū in aliqua dn̄ica. xl. euene. semp differat in crastinā. Cū vero infra passionē extra dn̄icā cōtige. ibi solennit celebret. Si aūt in die cene/vel in duob⁹ diebus seq̄ntib⁹/siue in ebdo. pasc. euene. in proxima feria vacāte post octa. pasc. vbi cōueniētius potest celebrari/celebretur. Et hoc eodez modo fiat de ceteris festis duplicib⁹/tpe predicto cōtingentibus: & semper infra. xl. qn̄ fit seruitiū de aliquo sctō nouē lec. missa de festo: post tertiā dicat. mis. vero de ieiuni. post nonā: vtraqz ad principale altare et fiat prostra. post Sctūs. et dicūt feriales pces more solito ad illā mis. de ieiu. licet dup. fes. fuerit

¶ Sancti richardi episcopi. Officium.

Statuit ei dn̄s testamentum pacis/& principem fecit eū: vt sit illi sacerdotij dignitas ineternum In tpe paschali alleluya alleluya. ps. Misericordias domini: ineternum cantabo. Oratio.

Deus qui ecclesiā tuā meritis beati richardi cōfessoris tui atqz pontificis: fecisti miraculis chorusca re gloriosis: cōcede nos famulos tuos ipsi⁹ intercessiōe ad eterne beatitudinis gloriā peruenire. Per. Ep̄la. Ecce sacer. mag. q in dieb⁹. in cōi. fo. viij. Gr. Dn̄e preuenisti eū in bn̄dictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronā de lapide precioso. ℣. Uitā petijt & tribuisti ei: longitudinē dierū in seculū seculi. Tr. Beatus vir in cōi. fo. ix. Euangelium. Homo quidā pegre. in cōi. fo. ix. In tpe pasc. Alla. ℣. Iustus germinabit sicut liliū: et florebit in eternum ante dn̄m. Secūdū Alla. erit vnū de subscript. Alla. ℣. Mane nobiscū dn̄e: q̄a declinata est iā dies ad vesperū. Alla. ℣. Oportebat pati xp̄m/& resurgere a mortuis: & ita intrare in gloriā suā Alla. ℣. Christus resurgens ex mortuis/iā nō moritur: mors illi vltra nō dn̄abitur. Alla. ℣. Surrexit altissim⁹ de sepulchro: qui pro nobis pependit in ligno. Alla. ℣. Surrexit xp̄s et illuxit populo suo: quē redemit ipse sanguine suo. Alla. ℣. Christus mortu⁹ est propter delicta nr̄a et surrexit propter iustificationē nostrā. Alla. ℣. Surgēs iesus dn̄s noster: stetit in medio discipulorū suorū/& dixit pax vobis. Alla. ℣. Surrexit dn̄s et occurrēs mulieribus ait auete tūc accesserunt et tenuerunt pedes ei⁹. Alla. ℣. In die resurrectiōis mee dixit dn̄s: precedā vos in galileā. Quibus dictis dicit illa de ebdo. pasc. videlicz de tertia/quarta & quinta/fer. q̄ sequūt. Alla. ℣. Surgēs iesus dn̄s noster/stetit in medio discipulorū suorū: et dixit pax vobis. Alla. ℣. Surrexit dn̄s et occurrēs mulierib⁹ ait auete tūc accesserūt et tenuerūt pedes eius. Alla. ℣. In die resurrectionis mee dicit dn̄s precedā vos in galileā. Quod etiā obseruet in omni fes. cū regimie chori/ab octa. pas. vsqz ad ascēsionē dn̄i: cū repetitiōe frequēti/si necesse fuerit Sequen. Adest nobis dies alma. in cōi. fo. ix. Euange. Ego sum vitis. in cōi. fo. j. Offer. Ueritas mea et misericordia mea cum ipso: & in noīe meo exaltabitur cornu eius. In tpe paschali. alleluya. Secreta.

Concede quesum⁹ misericors deus: vt intercedēte beato richardo cōfessore tuo atqz pōtifice oculis tue maiestatis munus oblatū: & grām nobis bene viuendi obtineat/et gl'iam sempiternā acquirat. Per. Cō. Beatus seruus quē cū venerit dn̄s inuenerit vigilātē: amē dico vobis super omnia bona sua constituet eū. In tēpore paschali. alleluya alleluya. Postcōio.

Hec sacrosctā sumpta mysteria nobis effectū dn̄e conferāt salutarē: quorū btūs richardus cōfessor tuus atqz pontifex: deuot⁹ extitit dispēsator. Per.

¶ Scti ambrosij epi et doctoris. Offiu.

Sacerdotes tui domie induant iustitiā: & sācti tui exultēt: propter dauid seruum tuū nō auertas faciem christi tui. In tempore paschā. alleluya. ps. Memento domie dauid: et omnis mansuetudinis eius. Oratio.

DEus qui populo tuo eterne salu-
tis beatū ambrosiū ministrū con
cessisti: presta q̄s: vt quē doctorē vite ha-
buimus in terris: intercessorē semp ha-
bere mereamur in celis. Per. Epla. Ec
dit dn̄s. in cōi. fol. ix. Gr. Iurauit dn̄s et
non penitebit eū: tu es sacerdos in eternū scdm
ordinē melchisedech. ℣. Dixit dn̄s dn̄o meo: se-
de a dextris meis. Tr. Btūs vir. vts. fo. ix.
Euange. Vigilate q̄a nesci. in cōi. fol. ix.
in tpe pasc. Alla. ℣. Iustus germinabit si-
cut liliū: et florebit in eternū ante dn̄m. Scdm
Alla. vnū de supra scriptis. Seqn̄. de cōi
fo. ix. Euāge. Ego sum vitis. in cōi. fo. i.
Credo. Offr. Ueritas mea et misericor-
dia mea cū ipso: et in nomine meo exaltabitur
cornu eius. In tpe pasc. alla alla. Secreta.

HEc nobis sacrificia de⁹ intercedē-
te btissimo cōfessore tuo ambrosio
et actione permaneāt / et operatione fir-
mentur. Per. Cōio. Beatus seru⁹ quē cū
venerit dn̄s inuenerit vigilantē: amen dico vo-
bis super om̄ia bona sua constituet eum. In tē-
pore paschali. alleluya alleluya. Postcōio.

SAncti ambrosij nos q̄s dn̄e iugi-
ter psequatur oratio vt qd̄ peti-
tio nostra nō impetrat: ipso pro nobis in-
terueniente prestetur. Per. ¶ Sancto-
rū tyburcij et valeriani martyrū. Offiiū



SAncti tui dn̄e benedicēt
te: gloriam regni tui di-
cent alleluya. ps. Exalta
bo te deus meus rex: et bene
dicam noī tuo in seculum et
in seculum seculi. Oratio.

PResta q̄s om̄s deus: vt q̄ sanctor̄
martyrū tuorū tyburcij / valeria-
ni / atq̄ maximi solennia colimus: eorū
etiā vtutes imitemur. Per. Epla. Lin-
gua sapientum. in cōi. fol. v. Alla. ℣.
Sancti tui dn̄e florebūt sicut liliū: et sicut odor
balsami erūt ante te. Secundū Alla. erit de
proxima dn̄ica p̄cedenti: et hoc in oībus
fer. sine regimie chori ab octa. pasc. vsq̄
ad ascen. dn̄i obseruet. Euāge. Ego sum
vitis vos palmites. in cōi. folio. i. Offr.
Confitebuntur celi mirabilia tua dn̄e / etenim
veritatē tuā in ecclia sctōrū alla alla. Secre.

PResentibus dn̄e quesum⁹ inten-
de muneribus: et patrocinantib⁹
sanctis martyrib⁹ tyburtio / valeriano /
et maximo / quorū solennia celebramus
fidelibus tuis salutis indulgentiam con-
ferant: et eterna premia dignāter acqui-
rant. Per dominū nostrū iesum. Cōio.
Gaudete iusti in domino alleluya: rectos de-
cet collaudatio alleluya. Postcōmunio.

SAcramenti tui domie quesum⁹
sumpta bn̄dictio / corpora nostra
mentesq̄ sanctificet: et sanctorū marty-
rū tuorū tyburtij / valeriani / et maximi
intercessiōibus: sempiterne glorie ascri-
bendos nos preparet. Per d. ¶ Sancti
alphegi episcopi et martyris. Officium

PRotexisti me deus a conuē-
tu malignantiū alleluya: a
multitudine operantiū ini-
quitatē alla alla. ps. Exau-
di de⁹ orationē meā cū depcor:
a timore inimici eripe aīam meam. Oratio.

DEus qui beatū alphegū pontifi-
cem tuū sacerdotij dignitate et
palma martyrij decorasti: cōcede propi-
tius: ita nos apud te eius intercessioni-
bus adiuuari / vt cū eo possimus in eter-
na felicitate letari. Per dn̄m. Epistola.
Doctrinis varijs. i cōi. fo. iiij. Alla. ℣.
Elegit te dominus sibi in sacerdotē magnū in
populo suo. Euangeliū. Ego sum vitis. in
cōi. fo. i. Offr. Confitebuntur celi mirabi-
lia tua dn̄e etenī veritatē tuam in ecclesia san-
ctorum. alleluya alleluya. Secreta.

HEc domie altari tuo munera im-
posita benedic ipse et suscipe: vt in-
tercessione bti alphegi martyris tui atq̄
pontificis: nobis ad fructum proficiant
vtriusq̄ salutis. Per. Cōio. Ego sum vi-
tis vera et vos palmites: q̄ manet in me et ego
in eo hic fert fructū multū alla alla. Postcōio.

SUmpto domine sacramento / tu-
am suppliciter depcamur clemē-
tiam: vt intercedēte beato alphego mar-
tyre tuo atq̄ pontifice / quod temporali-
ter gerimus: ad vitam capiamus eter-
nam. Per dominū nostrū iesum christū.
¶ Sancti georgij martyris. Officium.



Rotexisti me deꝰ a conuentu malignantiũ alleluya a multitudie operantiũ iniquitatem alleluya alla. ps. Exaudi deꝰ orationem meã cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. Oratio.

Deus qui nos bti georgij martyris tui meritis et intercessiõe letificas: cõcede propitius: vt qui eius beneficia poscimꝰ dono tue gratie cõsequamur. Per. ¶ Lctõ beati Jacobi apli. j.

Charissimi. Omne gaudiũ existimate/cũ in tentatiões varias incideritis: sciẽtes q probatio fidei vr̃e/patientiã operat. Patiẽtia autẽ opus perfectũ habeat: vt sitis perfecti & integri in nullo deficientes. Si qs aũt vestrũ indiget sapiẽtia: postulet a deo q dat oibus affluenter/et nõ improperat/et dabit ei. Postulet aũt in fide: nihil hesitans. Qui eñ hesitat similis est fluctui maris: qui a vẽto mouetur & circũfertur Non ergo existimet homo ille: q accipiat aliqd a dño. Vir duplex animo incõstans est: in oibus vijs suis. Glorietur aũt frater humilis in exultatiõe sua: diues aũt in humilitate sua/quoniã sicut flos feni trãsibit. Exortus est eñ sol cũ ardore: et arefecit fenum/et flos eius decidit/et decor vultꝰ eius deperijt. Ita & diues: in itineribus suis marcescet Btũs vir q suffert tentationẽ: qm̃ cũ probatus fuerit/accipiet coronã vite: quã repromisit deus diligẽtibus se. Alla. V. Letabitur iustꝰ in dño: et sperabit in eo: et laudabũtur oẽs recti corde. Seqñ. Organicis canamꝰ i cõi. fol. iij. Euãge. Ego sũ vitis. in cõi. fo. j. Credo Offr. Cõfitebũt celi mirabilia tua dñe etenĩ veritatẽ tuã in ecclia sctõrũ alla alla. Secre.

Offerimus tibi dñe solenne sacrificiũ pro venerãda scti georgij martyris tui passione/deprecãtes clementiã tuã: vt per hec sacrosctã mysteria: antiq hostis tentamenta/te triũphante vincamus et eterne remunerationis premiũ te largiente sequamur. Per. Cõio. Letabitur iustus in dño/et sperabit in eo: et laudabuntur omnes recti corde. Postcõmunio.

Mense celestis satiati dulcedie humiliter te rogamꝰ oĩps pater: vt intercedẽte beato georgio martyre tuo resurrectiõis eius simus participes/cuius sumus morte redẽpti. Qui tecũ vi.

¶ Sancti marci euangeliste. Officium Protexisti me. vt supra. Oratio.

Deus qui beatũ marcũ euangelistam tuũ/euangelice predicationis gratia sublimasti: tribue qs: eiꝰ nos semper et eruditione proficere: & oratione defendi. Per dñm. Ad ephesios iiij.

Fratres. Unicuiq nostrũ data est gr̃a secundũ mensurã donationis xp̃i. Propter qd dicit. Ascendẽs in altũ/captiuã duxit captiuitatẽ: dedit dona hominibus. Quod aũt ascẽdit quid est: nisi qa et descendit primũ ad inferiores partes terre. Qui descẽdet ipse est et q ascẽdit super oẽs celos/vt ad impleret oĩa Et ipse dedit quosdã quidẽ aplos: quosdã aũt prophetas: alios vero euãgelistas alios vero pastores/et doctores/ad cõsummationẽ sctõrũ in opus ministerij/in edificationẽ corporis xp̃i donec occurramus oẽs in vnitatẽ fidei & agnitionis filij dei/in virũ perfectũ: in mensurã etatis: plenitudinis xp̃i. Alla. V. Primꝰ ad syon dicet ecce assum: & hierusalẽ euãgelistã dabo. Seqñ. Laus deuota. In cõi. fol. ij. Euãge. Ego sum vitis. in cõi. fo. j. Offr. Confitebũtur celi mirabilia tua dñe: etenim veritatẽ tuã in ecclia sctõrũ alla alla. Secre.

Beati marci euangeliste tui solennitate tibi munera deferẽtes/qs domine: vt sicut illũ predicatio euangelica fecit gloriosum: ita nos eiꝰ intercessione et verbo et opere tibi reddat acceptos. Per dñm. Prefatio. Et te domie. Non dicit in hac presa. Per beatos euãgelistas: sed per beatos apostolos. Cõio

Ego sum vitis vera et vos palmites: qui manet in me et ego in eo hic fert fructum multum alleluya alleluya. Postcõmunio.

Refecti cibo spiritalis alimonie q̄s
dn̄e deus noster: vt qd̄ mysterio
frequētam⁹: intercedēte btō marco euā
gelista / plena virtute ɔsequamur. Per.
¶ Si hoc fes. in aliquo fes. post oct. pas.
ɔtigerit: tūc fiat ꝓcessio post magnā mis.
de sctō marco. Si in ebdo. pas. aliqd̄ fes.
vel ieiu. eue. nihil de fe. fiat nihil de ieiu.
nec post nec añ nisi forte ī oc. ɔtigerit tūc
eiū pōt differri in crastinū Hoc idē obser
uet in ebd̄. pēthe. ¶ Scti vitalis marty-
ris Offiū. Protexisti. vt supra. Oratio.

Presta q̄s oīps deus: vt intercedē
te btō vitale martyre tuo: ⁊ a cun
ctis aduersitatibus muniamur in corpo
re: ⁊ a prauis cogitatiōibus mundemur
in mēte. Per. Epl'a. Nemo militās deo.
in cōi. fo. iij. Alla. v. Scti tui dn̄e florebūt
sicut lilium: et sicut odor balsami erunt ante te.
Seqū. Organicis canam⁹. in cōi. fo. iij.
Euāge. Ego sum vitis vera. in cōi. fo. j.
Offꝫ. Repleti sumus mane mīa tua: et exul-
tauimus et delectati sumus alla. Secreta.

Grata tibi dn̄e q̄s nr̄a sint munera
q̄bus scti vitalis martyris tui pas
sio recolitur honorāda. Per. Cō. Ego
sum vitis vera ⁊ vos palmites: q̄ manet in me
⁊ ego ī eo hic fert fructū multū alla alla. Pstcō.

Quesumus oīps deus: vt mun⁹ di
uinū qd̄ sumpsimus intercedēte
beato vitale martyre tuo: salutari nobis
proficiat effectu. Per. ¶ In die aposto-
lorum Philippi et Jacobi. Officium.

Exclamauerunt ad te do
mie in tēpore afflictiōis
sue: et tu de celo exaudi-
sti eos alla alla. ps. Exul
tate iusti in domino: rectos
decet collaudatio. Oratio.

Deus q̄ nos annua apostolorꝫ tuo
rū philippi ⁊ iacobi solennitate le
tificas: presta quesumus: vt quorū gau-
demus meritis: instruamur exemplis.
Per. ¶ Lectio libri sapientie. v.

Stabūt iusti in magna cōstantia
aduersus eos qui se angustiaue-
rūt: et qui abstulerunt labores illorū. Vi
dentes aūt turbabūtur timore horribili
et mirabuntur in subitatione insperate
salutis / dicētes intra se penitentiā agen
tes et pre angustia spiritus gemētes. Hi
sunt quos aliquando habuimus in deri-
sum: et in similitudinē improperij. Nos
insensati / vitā illorū estimabamus insa-
niā: et finē illorū sine honore. Ecce quo-
modo ergo ɔputati sunt: inter filios dei
Et inter sanctos: sors illorꝫ est. Alla. v.
Stabunt iusti in magna constantia: aduersus
eos qui se angustiauerūt. Alla. v. Nōne cor
nostrū ardens erat in nobis de iesu: dū loquere
tur nobis in via. Seque. Clare sctōrū. In
cōi. fo. ij. Secundū iohannē. xiiij.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis
suis. Non turbet cor vestrū. Cre-
ditis in deum: ⁊ in me credite In domo
patris mei: mansiones multe sunt. Si
quo minus dixissem vobis: q̄a vado pa-
rare vobis locū. Et si abiero et prepara-
uero vobis locū: iterū veniā et accipiam
vos ad meipsum: vt vbi sum ego / et vos
sitis. Et quo ego vado vos scitis: et viā
scitis Dixit ei thomas Dn̄e nescim⁹ quo
vadis. Et quomodo possumus viam sci
re. Dixit ei iesus. Ego sum via: veritas
⁊ vita. Nemo venit ad patrem: nisi per
me. Si cognouissetis me: et patrē meū
vtiq; cognouissetis. Et amodo cognosce
tis eum: et vidistis eum. Dixit ei philip-
pus. Dn̄e / ostende nobis patrem: et suf-
ficit nobis. Dixit ei iesus. Tanto tempo
re vobiscum sum: et nō cognouistis me.
Philippe / qui videt me: videt et patrē.
Quomodo tu dicis: ostēde nobis patrē.
Non credis quia ego in patre ⁊ pater in
me est. Verba que ego loquor vobis: a
meipso nō loquor. Pater aūt in me ma-
nens: ip̄e facit opera. Non creditis quia
ego in patre: ⁊ pater in me est. Alioquin
propter ipsa opera credite. Amen amen
dico vobis qui credit in me opera q̄ ego
facio et ipse faciet / et maiora horū faciet
quia ego ad patrē vado. Et quodcunq;
petieritis patrem in nomine meo hoc fa
ciam. Credo. Offꝫ. Confitebuntur celi
mirabilia tua domine: etenim veritatem tuā in
ecclesia sanctorum alleluya alla. Secreta.

Deus ecclesie tue redemptor atq perfector: da vt apostolorum tuorum philippi et iacobi precibus paschalis sacramenti dona capiamus: quorum nobis magisterio ea voluisti predicari. Per. Presa. Et te dne. Cōio. Tanto tēpore vobiscū sum et non cognouistis me: philippe qui videt me videt et patrē alla: nō creditis quia ego in patre et pater in me est alla alla. Postcōmunio

Paschale mysteriū recēsentes/btō rū apostolorum tuorum philippi et iacobi dne q̄s precibus foueamur: quorum magisterio hoc cognouimus exequendū. Per.



¶ In inuentione sancte crucis. Offiu.



Nos autem gloriari oportet in cruce domini nostri iesu christi in quo est salus vita / et resurrectio nostra: per quē saluati et liberati sumus alleluya alla. ps. Deus misereatur nr̄i et bn̄dicat nobis: illuminet vultū suū sup nos et misereatur nr̄i. Kyrie. Lux et origo. Et dicitur cum suis. v. Oratio.

Deus q̄ in preclara salutifere crucis inuētione/passiōis tue miracula suscitasti: cōcede: vt vitalis ligni precio/eterne vite suffragia consequamur. Qui viuis. ¶ Nulla fit memoria de resurrectiōe sed de sanctis martyribus alexandro/euentio/et theodolo. Oratio.

Presta q̄s ops deus: vt qui sctōrū martyrū tuorū alexandri / euētii et theodoli natalicia colimus: a cūctis malis imminētibus eorum intercessiōibus liberemur. Per. Epla. Cōfido de vo. in cōi. fo. iij. Alla. v. Dulce lignū dulces clauos dulcia ferēs pondera: q̄ sola fuisti digne sustinere regē celorū et dn̄m. Alla. v. Dicite in gentibus q̄a dn̄s regnauit a ligno. Sequentia.

Salue crux sctā arbor digna. Cuius robur preciosum mundi ferret talentū. Ut hostis per lignū victor: ligno reuinceretur. Quodqz exortū mortis primis erat terrigenis paradiso propulsis. Causa etiam vite foret cūctis: christi morte vere viuificatis. Horrificū tu es semper signū inimicis: crux sacra seuis. Quā mors pauet: infernusqz timet/que christo suos reconsignas. Cui sit laus in euum. ¶ Secundū Johannem. iii.

In illo tēpore. Erat homo ex phariseis nichodemus noie: princeps iudeorū. Hic venit ad iesum nocte: et dixit ei. Rabbi: scimus q̄a a deo venisti magister. Nemo enī potest hec signa facere que tu facis: nisi fuerit deus cū eo. Respondit iesus: et dixit ei. Amen amē dico tibi: nisi quis renatus fuerit denuo: nō potest videre regnū dei. Dixit ad eum nichodemus. Quō potest homo renasci/cū sit senex. Nunq̄d potest in ventrē matris sue iterato introire/et renasci. Rn̄dit iesus Amen amē dico tibi: nisi q̄s renatus fuerit ex aqua et spū sctō / nō potest introire in regnū dei. Quod natū est ex carne: caro est Et qd̄ natū est ex spū spūs est. Non mireris: quia dixi tibi oportet vos nasci denuo. Spūs vbi vult spirat: et vocē eius audis: sed nescis vnde veniat aut quo vadat. Sic est oīs q̄ natus est ex spū. Respondit nichodemus: et dixit ei. Quō

possunt hec fieri. Respōdit iesus ⁊ dixit ei. Tu es magister in israel: et hec ignoras. Amen amē dico tibi: qa quod scimꝰ loquimur: ⁊ quod vidimus testamur/ ⁊ testimoniū nostrū non accipitis. Si terrena dixi vobis/ ⁊ non creditis: quomodo si dixero vobis celestia credetis. Et nemo ascendit in celū/ nisi qui descendit de celo: filius hois qui est in celo. Et sicut moyses exaltauit serpentem in deserto/ ita exaltari oportet filiū hominis: vt ois qui credit in ipso non pereat: sed habeat vitā eternā. Credo. Offr. Protege domine plebē tuā per signū sancte crucis: ab omnibus insidijs inimicorū omniū/ vt tibi gratam exhibeamus seruitutem: ⁊ acceptabile fiat tibi sacrificium nostrum alleluya. Secreta.

Sacrificiū domine qđ tibi immolamus placatꝰ intēde: vt ab omni nos exuat bellorū nequicia: et per vexillum sancte crucis filij tui/ ad conterēdas potestates aereas/ et aduersariorū insidias: nos in tue protectionis securitate constituat. Per eundē dñm nostrū.

Alia secreta de martyribus.

Super has hostias q̄s dñe benedictio gloriosa descēdat: que et sctificationē nobis clementer operetur/ et de martyrū tuorū alexandri/ euentij: et theodoli solēnitatē nos letificet. Prefatio. Qui salutem humani. Cōio. Per lignum serui facti sumus: ⁊ per sanctam crucem liberati sumus/ fructus arboris seduxit nos filius dei redemit nos alleluya. in vtroq; festo finiatur cum alleluya. Postcōmunio.

Repleti alimonia celesti: et spiritali poculo recreati quesumus oīpotens deus: vt ab omni hoste maligno defendas: quos per lignum sācte crucis filij tui arma iustitie/ pro salute mūdi triumphare iussisti. Qui tecū viuit et reg.

Alia postcommunio de martyribus.

Sumptis domine muneribus sacris tribue quesumꝰ: vt ad eadē appetenda sanctorū martyrū tuorū alexandri/ euentij/ et theodoli precibus et exemplis/ propitius incitemur. Per d.

Johannis ante portā latinā. Officiū.



In medio ecclesie aperuit os eiꝰ: et impleuit eū dñs spiritu sapiētie et intellectus: stolā glie induit eum. Ps. Jocunditatē et exultationē thesaurizauit super eū. Orō.

Deus qui cōspicis qa nos vndiq; mala nostra perturbāt presta q̄s vt beati iohannis apostoli tui et euangeliste intercessio gliosa nos ptegat. Per.

Lectio libri sapientie. xv.

Qui timet deū: faciet bona. Et qui cōtinens est iustitie apprehendet illā: ⁊ obuiabit illi quasi mater honorificata. Cibabit illū pane vite ⁊ intellectus et aqua sapientie salutaris potabit illū. Et firmabitur in illo ⁊ nō flectetur: et cōtinebit illū et nō cōfundetur: ⁊ exaltabit illū apud proximos suos. In medio ecclesie aperuit os eius: ⁊ impleuit eum dñs spū sapientie et intellectus/ et stola glie induit eū. Jocūditatē ⁊ exultationē thesaurizauit super eū. Et noie eterno hereditabit illū: dñs deus noster. Alla. vꝰ. Hic est discipulus ille qui testimoniū perhibet de his: et scimus quia verū est testimoniū eius. Sequentia. Laus deuota. in cōi. fo. ij. Euangeliū secundū iohannem vltimo.

In illo tpe. Dixit iesus petro Sequere me. Cōuersus petrꝰ: vidit illū discipulū quē diligebat iesus sequentē: q̄ et recubuit in cena supra pectus eiꝰ et dixit. Domie: quis est qui tradet te. Hunc ergo cū vidisset petrus: dixit iesu. Dñe: hic autē quid. Dixit ei iesus. Sic eū volo manere: donec veniā. Quid ad te. Tu me seqre. Exijt ergo sermo iste inter fratres q discipulꝰ ille nō moritur. Et nō dixit ei iesus qa nō moritur: sed sic eū volo manere donec veniā/ quid ad te. Hic est discipulus ille: q̄ testimoniū perhibet de his: et scripsit hec. Et scimꝰ qa verum est testimoniū eius. Credo. Offr.

Iustus vt palma florebit: sicut cedrus que in libano est/ multiplicabitur alla. Secreta.

S Ic nos dñe btí iohannis apli tui et euãgeliste solẽnia tuis fac celebrare mysteriis: vt q̃ predicauit/et credamus pariter et sequamur. Per dñm. Prefa. Et te do. Cõio. Exijt sermo inter fratres q̃ discipulus ille non moritur: et non dixit iesus non moritur: sed sic eum volo manere donec veniam. alleluya. Postcõmunio.

R Efecti dñe pane celesti: intercedente beato iohãne apostolo tuo et euangelista ad vitã quesum⁹ nutriamur eternã. Per. ¶ Scti iohãnis de beuerlaco episcopi ⁊ confessoris. Officium

S Tatuit ei dñs testamẽtum pacis: ⁊ principẽ fecit eũ: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternũ. ps. Misericordias dñi: in eternum cantabo. Orõ.

D A q̃s oĩpotẽs de⁹: vt btí iohãnis confessoris tui atq̃ põtificis veneranda solennitas: ⁊ deuotionẽ nobis augeat et salutẽ. Per dñm. Epla. Iustũ deduxit. in cõmuni. fo. x. Alla. V. Amauit eũ dñs et ornauit eũ: stola glorie induit eũ. Sequẽtia. Adest nobis dies. in cõmuni fol. ix. Euangeliũ. Ego sum vitis vera. in cõmuni. fo. j. Offr. Ueritas mea et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

R Espice q̃s dñe munera populi tui in beati iohãnis cõfessoris tui atq̃ põtificis honore oblata/ ⁊ tue testificatio veritatis nobis pficiat ad salutẽ. Per. Cõio. Fidelis seruus et prudẽs quẽ constituit dñs super familiã suã: vt det illis in tpe tritici mensurã. In tpe pascha. alla. Postcõio

Q Uos tuis domine reficis sacramentis scti iohãnis cõfessoris tui atq̃ pontificis attolle benignus suffragiis: vt nostre redemptionis effectum: et mysteriis capiamus et moribus. Per ¶ Sctorũ gordiani ⁊ epimachi. Offi.

S Ancti tui domine benedicent te: gloriã regni tui dicent alleluya. ps. Exaltabo te deus meus rex: et benedicam nomini tuo in seculum: et in seculum seculi. Oratio.

D A q̃s oĩps deus: vt qui btõꝝ martyrũ tuorũ gordiani et epimachi solẽnia colimus: eorũ apud te intercessionib⁹ adiuuemur. Per d. Epla. Iustorũ anime. in cõi. fo. v. Alla. V. Scti tui dñe florebũt sicut liliũ: et sicut odor balsami erũt ante te. Euange. Ego sum vitis et vos palmites. in cõi. fo. j. Offr. Mirabilis deus in sctis suis: deus israel ipse dabit virtutẽ et fortitudinẽ plebi sue bñdictus deus alla. Secre.

P Resta q̃s dñe de⁹ noster: vt sicut in cõspectu tuo mors preciosa sanctorũ: ita eorũ merita venerantiũ/ accepta tibi reddatur oblatio. Per d. Cõio.

I ustorꝝ aĩe in manu dei sunt: et nõ tãget illos tormentũ malicie: visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. Postcõmunio.

P Erfice quesum⁹ dñe populũ tuũ spiritualibus instrumẽtis: ⁊ quorũ tribuis solẽnia celebrare/ fac eoꝝ gaudiis interesse. Per. ¶ Sctorum nerei ⁊ achillei atq̃ pãcratij martyrũ Officium

E Cce oculi dñi sup timẽtes eũ: sperãtes in mĩa ei⁹ alla vt eripiat a morte animas eorum: qm̃ adiutor et ptector nr̃ est alla alla. ps. Exultate iusti in dño: rectos decet collaudatio. Orõ

S Emp nos dñe sctõꝝ martyrum tuorũ nerei: et achillei atq̃ pancratij foueat q̃s btã solẽnitas: et tuo dignos reddat obseq̃o. p. Epla. Iusti autẽ imppe. in cõi. fo. v. Alla. V. Uox exultationis ⁊ salutis: in tabernaculis iustorũ. Euã. Ego sum vitis ⁊. in cõi. fo. j. Offr. Cõfitebũtur celi mirabilia tua dñe: etenim veritatẽ tuã in ecclesia sanctorũ alla alla. Secreta.

S Anctorũ martyrũ tuorũ nerei: ⁊ achillei atq̃ pãcratij tibi dñe grata cõfessio / et munera nostra cõmendet: et tuã nobis indulgentiã semper imploret. Per. Cõio. Gaudete iusti in dño alla rectos decet collaudatio alla Postcõmunio.

Q Uesum⁹ dñe de⁹ noster: vt btõrũ martyrũ tuorũ nerei/ ⁊ achillei atq̃ pãcratij deprecationib⁹ sacramẽta sctã q̃ sumpsim⁹: ad tue nobis proficiant placationis augmentũ. Per dñm.

¶ Sancti dunstani episcopi et confessoris. Ad missam. Officium.

Sacerdotes tui dn̄e induant iustitiā: et sancti tui exultēt propter dauid seruū tuū: nō auertas faciē xp̄i tui all'a. ps. Memēto dn̄e dauid: et oīs mā suetudinis eius. Cantus de Kyrie rex splē dens. sine versu. Oratio.

Deus q̄ beatū dūstanū pōtificem tuū ad regna trāstulisti celestia: da nobis per gloriosa ei⁹ merita ad gaudia transire perennia. Per. ¶ Memoria de sancta potentiana virgine. Oratio.

Concede nobis q̄s oīps de⁹ sctē potētiane virginis tue ꝛ exultare meritis: ꝛ bn̄ficiorū eius attolle suffragijs. Per. Ecce sacer. magn⁹ q̄ in die. Ep̄la. In cōi. fo. viij. Gr. Iurauit dn̄s et nō penitebit eum: tu es sacerdos in eternum secundum ordinē melchisedech. ℣. Dixit dn̄s dn̄o meo: sede a dextris meis. All'a. ℣. Posui adiutorium sup potētē: ꝛ exaltaui electū de plebe mea. Sequē. Alma chorus. Euā. Homo q̄dā pere. in cōi fo. ix. In tpe pasche. Euāg. Ego sum vitis vera. in cōi. fol. i. Offr. Inueni dauid seruū meū et in oleo sctō vnxi eū/ man⁹ eīn mea auxiliabit' ei: et brachiū meū confortabit eū. in tpe pascha. All'a. Secre.

Suscipe q̄s dn̄e munera supplicātis familie tue: q̄ tibi in bti dūstani confessoris tui atq₃ pontificis solēnitate deferimus: precātes / vt eius patrocinio venerādo adiuti: defēdi mereamur ab oīm inimicorū insidijs. Per dominū.

Alia secreta de sancta potentiana.

Oblacausta hec dn̄e tua benedictione sanctifica: vt sctē potētiane virginis tue tibi meritis accepta sint: in cuius sunt veneratione oblata. Per. Cōio. Dn̄e quinq₃ talenta tradidisti mihi: ecce alia quinq₃ superlucratus sum: euge serue fidelis: quia in pauca fuisti fidelis supra multa te constituam: intra in gaudium domini tui. In tēpore paschali. Alleluya. Postcōmunio.

Beati dūstani confessoris tui atq₃ pontificis q̄s dn̄e precatione nos adiuua: in cuius veneratione tua conti-

gim⁹ sacramēta. p. Alia de .s. potētiana.

Sumptis dn̄e salutis eterne mysterijs: q̄s / vt intercedēte btā potentiana virgine tua: ita nos tuis vti facias sacramētis: vt eternis mereamur interesse conuiuijs. Per dominū nostrū.

¶ Scti aldelmi ep̄i et cōfessoris. Officiū.

Statuit ei dn̄s testamētū pacis/ ꝛ principē fecit eū: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternū. In tpe pas. all'a all'a. ps. Mias dn̄i in eternū cātabo. Or.

Deus qui hodierna die sanctū pōtificē tuū aldelmū ad eterna sublevasti gaudia: eius q̄s meritis illuc tua nos perducat misericordia. Per dn̄m. Memoria de sancto vrbano mar. Orō.

Da q̄s oīps deus: vt q̄ bti vrbani martyris tui atq₃ pōtificis natalitia colimus: eius interuentu nobis tribue veniā peccator̄ et cū ipso celestiū gaudia premiorū. Per. Ep̄la. Iustū deduxit. in cōi fo. viij. Gr. Dn̄e preuenisti eū in benedictionib⁹ dulcedinis: posuisti i capite ei⁹ coronā de lapide precioso. ℣. Vitā petijt ꝛ tribuisti ei: longitudinē dierum in seculū seculi. All'a. ℣. Iustus germinabit sicut liliū: et florebit in eternū ante dn̄m. Sequen. Adest nobis. in cōi fo. ix. Euange. Vigilate q̄a. in cōi. fo. ix. in tpe pascha. Euāge. Ego sum vitis. in cōi. fo. i. Offr. Ueritas mea et misericordia mea cū ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. In tpe pascha' i. all'a. Secreta.

Hijs tibi precib⁹ dn̄e nostra quesumus grata reddatur oblatio: pro cui⁹ festiuitate est immolata. Per dn̄m.

¶ Alia secreta de sancto vrbano.

Munera dn̄e q̄s tibi dicata sctifica ꝛ intercedēte btō vrbano martyre tuo atq₃ pōtifice: p hec eadē nos placatus intēde. Per. Cōio. Btūs seru⁹ quē cū venerit dn̄s inuenerit vigilantē: amē dico vobis: super omnia bona sua constituet eum. in tēpore paschali. alleluya alleluya. Postcōio.

Solennitatē quesum⁹ dn̄e sancti pontificis aldelmi celebrantibus adesto propiti⁹: ꝛ nobis eius meritis cōcede gaudia vite celestis. Per dominū.

¶ Alia postcōmunio de sancto vrbano.

Sumentes dñe sacramenta celestia pietatē tuā humiliter deuote deposcimus: vt illam que in btō vrbano martyre tuo atqꝫ pontifice flagrauit fortē dilectionē nobis benignus aspires. P.

¶ Sancti augustini anglorum apostoli

Sacerdotes dei bñdicite dñm: scti ꝯ humiles corde laudate deū. ps. Benedicite oñia opera dñi dño: laudate et superexaltate eū in secula. Oratio.

Deus qui beatū augustinū pōtificē primū doctorē populo concessisti anglorū: tribue nobis q̃s: vt cui⁹ merita predicamus in terris: eius suffragia apud te sentiamus in celis. Per. Epła. Dedit dñs. In cōi. fo. ix. Gr. Ecce sacerdos magnus: qui in diebus suis placuit deo. V. Non est inuētus similis illi: qui cōseruaret legem excelsi. Alla. V. Amauit eū dñs ꝯ ornauit eū: stola glorie induit eū. Seqn. Alma chorus. in cōi. fo. ix. Secundū lucam. x.

In illo tpe. Designauit dñs et alios septuaginta duos ꝯ misit illos binos ante faciē suā / in oēm ciuitatē ꝯ locū: in quo erat ipse ventur⁹. Et dicebat illis. Messis qdē multa: operarij aūt pauci. Rogate ergo dñm messis: vt mittat operarios in messem suā. Ite. Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite ergo portare sacculū / neqꝫ perā / neqꝫ calciamēta: ꝯ neminē per viā salutaueritis. In quacūqꝫ domū intraueritis: primū dicite Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis: requiescet super illū pax vestra. Sin autē ad vos reuertetur. In eadē aūt domo manete: edētes et bibentes que apud illos sunt. Dignus est eñ operari⁹: mercede sua. In tpe pas. Euā. Ego sum vitis. i cōi. fo. j. Credo. Offr. Inueni dauid seruū meū ꝯ in oleo scto vnxi eū: manus eñ mea auxiliabit' ei: ꝯ brachiū meū confortabit eū. In tpe pasc. alla. Secreta.

Grata tibi sunt dñe q̃s oblata munera: quib⁹ ꝯ tibi augustini ꝯfessoris tui atqꝫ pōtificis merita veneramur et nostre pariter recolim⁹ insignia libertatis et vite. Per. Cōio. Fidelis seruus et prudens quem constituit dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mēsuram. In tpe pascha. alla alla. Postcōio.

Sancta tua q̃s dñe que pro bti augustini confessoris tui atqꝫ pōtificis hodierna solēnitate libauim⁹ / nos refoueāt: quibus et iugiter satiemur: et semp desideram⁹ expleri. Per. ¶ Scti germani episcopi et confessoris. Offm.

Statuit ei dñs testamentū pacis: et principē fecit eū vt sit illi sacerdotij dignitas in eternū. In tpe paschali. alla alla. ps. Misericordias domini: in eternum cantabo. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus: qui nos bti germani cōfessoris tui atqꝫ pontificis hodierna festiuitate letificas: tuā supplices exoram⁹ clemētiā: vt cui⁹ solēnia deuotis officijs veneramur: ei⁹ pijs suffragijs eterne vite remedia cōsequamur. Per do. Epła. Ecce sacer. ma. qui i die. In cōi fo. viij. Gr. Iurauit dñs et nō penitebit eū: tu es sacerdos i eternū scdm ordinē melchisedech. V. Dixit dñs dño meo sede a dextris meis. Alla. V. Disposui testamentum electis meis: iuraui dauid seruo meo. Euang. Homo qdā pere. in cōi fo. ix. In tpe pascha. Euā. Ego sum vi. in cōi fo. j. Offr. Ueritas mea et mia mea cū ipso: et in noie meo exaltabit' cornu ei⁹. i tpe pas. alla. se.

Propitiare dñe quesum⁹ supplicationibus nr̃is: et intercedēte pro nobis btō germano confessore tuo atqꝫ pontifice: his sacramētis celestib⁹ seruientes: ab oñi culpa liberos esse concede vt purificāte nos grã tua: ijsdē quib⁹ famulamur mysterijs emūdemur. Per d. Cōio. Btūs seruus quē cū venerit dñs inuenerit vigilantē: amen dico vobis sup oia bona sua cōstituet eū. i tpe pas. alla alla. Postcōio.

Presta q̃s dñe de⁹ noster: vt diuinis mysterijs expiati: intercedēte btō germano cōfessore tuo atqꝫ pontifice: ad superni plenitudinē sacramenti cuius libauimus sancta tendam⁹. Per.

¶ Sctē petronille virgis. Ad mis. Offi.



Dilexisti iustitiā et odisti iniquitatē: ꝓpterea vnxit te de⁹ de⁹ tuus/oleo letitie pre cōsortib⁹ tuis In tpe pas. alla alla alla ps. Eructauit cor meū verbū bonū: dico ego opera mea regi. Oratio.

Deus qui btē petronille virginis tue aiam in celestibus collocasti: fac nos eius interuentu a peccatorū nostrorū nexibus solui et ab omni semper aduersitate defendi. Per. Epla. Qui gloriatur. in cōi. fo. xii. Gr. Dilexisti iustitiā et odisti iniquitatē. ℣. Propterea vnxit te deus de⁹ tuus oleo letitie. Alla. ℣. Specie tua et pulchritudine tua: intende prospere pcede et regna Euange. Simile est regnū celorū decem virginibus. in cōi. fo. xii. Offer. Offerentur regi virgines post eā: proxime eius offerentur tibi. In tpe paschali. alla. Secreta.

Sacrificiū qđ tue offerimus maiestati / clemētissime deus placat⁹ suscipe: et per merita btē petronille gl'iose virginis tue: psentis vite subsidiū/et future felicitatē concede. Per do. Cōio. Diffusa est gratia in labijs tuis: ꝓpterea benedixit te deus in eternum. In tempore paschali. allelupa allelupa. Postcōmunio.

Perceptis dñe salutaribus alimētis: qs/vt intercedente btā petronilla virgine tua: per hec pficere ad gaudia mereamur eterna. Per dominum.

¶ Sancti nichomedis martyris. Offim



Letabitur iust⁹ in dño et sperabit in eo: et laudabūt oēs recti corde. in tpe pasc. alla alla. ps. Exaudi deus orationem meā cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. Oratio.

Deus q nos bti nichomedis martyris tui meritis et intercessione letificas: concede ꝓpitius: vt q eius bñficia poscim⁹: dono tue grē consequamur. Per. Epla. Btūs vir q in sapiētia. in cōi. fo. iij. Gr. Btūs vir q timet dñm in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potēs in terra erit semen ei⁹: gñatio rectorū bñdicetur. Alla. ℣. Posuisti dñe sup caput ei⁹: coronā de lapide precioso. Euange. Si qs vult post me. in cōi fol. iiij. in tpe pas. Ego sum vitis. i cōi. fo. i. Offer. In virtute tua dñe letabit iustus: et sup salutare tuū exultabit vehemēter desideriū aie ei⁹ tribuisti ei. In tpe pas. alla alla. Sec.

Munera dñe oblata sāctifica: et intercedente btō nichomede martyre tuo/nos per hec a peccatorū nostrorū maculis emūda. Per. Cōio. Posuisti dñe in capite ei⁹: coronā de lapide precioso. Postcōio

Supplices te rogamus oṗs deus vt quos tuis reficis sacramētis intercedente beato nichomede martyre tuo: tibi etiā placitis moribus dignāter deseruire concedas. Per. ¶ Sanctorū marcellini et petri martyrū. Officium.



Clamauerūt iusti/ et dñs exaudiuit eos: et ex oībus tribulationbus eorū liberauit eos. In tpe paschali. alla. ps. Benedicā dñm in omni tempore: semper laus eius in ore meo. Oratio.

Deus qui nos annua beatorū martyrū tuorū marcellini et petri solennitate letificas: presta qs/vt quorum gaudem⁹ meritis/prouocemur exēplis Per. Lctō apocalip. bti iohan. apli. Ꝟū.

In diebus illis. Rñdens vnus de senioribus: dixit mihi. Hi q amicti sunt stolis albis: q sunt: et vnde venerūt. Et dixi illi. Dñe mi: tu scis Et dixit mihi Hi sunt q venerūt de tribulatiōe magna et lauerūt stolas suas / et dealbauerunt eas in sanguine agni. Ideo sūt ante thronū dei/ et seruiunt ei die ac nocte in tēplo ei⁹: et q sedet in throno habitabit super illos Nō esuriēt neqꝫ sitient ampli⁹ neqꝫ cadet sup illos sol/neqꝫ vllus estus Qm agn⁹ q in medio throni est reget illos: et deducet eos ad vite fontes aquarū. Et absterget de⁹ oēm lachrymā: ab oculis eorū Gr. Iustorū aie in manu dei sunt: et nō tāget illos tormentū malicie. ℣. Visi sunt oculis insipientium mori: illi aūt sunt in pace. Alla. ℣. Mirabilis dñs noster in sanctis suis. Euange. Cum audieritis. in cōi fo. vi. In tempore paschali. Euange. Ego sum vitis ve.

in cōi. fo. j. Offi. Letamini in dño et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde. In tēpore paschali. alleluya. Secreta.

Uotiua dñe dona deferentes/ in tuorū martyrū marcellini et petri passiōe: tuā magnificētiā ueneramur: et per ea nobis implorāmus tue pietatis auxiliū. Per. Cōio. Iustorū anime in manu dei sunt: et nō tanget illos tormentū malicie: uisi sunt oculis insipientium mori: illi aūt sunt in pace. In tēpore pasc. alla alla. Postcōio.

Protegat domine q̄s populū tuū: et participatio celestis indulta conuiuij: et deprecatio collata sctōrū. Per.

¶ Sctī bonifacij sociorūq; eius. Officiū.

Sancti tui dñe benedicent te gloriā regni tui dicēt alla. Ps. Exaltabo te deus me⁹ rex: et benedicā nomini tuo in seculum et in seculū seculi. Oratio.

Omnīps sempiterne deus: qui beato bonifacio socijsq; eius palmā martyrii cōtulisti: presta nobis q̄s eorū meritis indulgentiā: qui eis largiri dignat⁹ es coronam. Per. Epla. Spectaculū. in cōi. fo. v. Gr. Clamauerunt iusti et dñs exaudiuit eos: et ex oībus tribulatiōibus eorū liberauit eos. V. Iuxta est dñs his qui tribulato sunt corde: et humiles spiritu saluabit. Alla. V. Sancti tui dñe florebunt sicut liliū: et sicut odor balsami erunt ante te. Euāg. Cū persequētur. in cōi. fo. vj. In tpe pasc. Euāge. Ego sum vitis. in cōi. fo. j. Offi. Confitebūtur celi mirabilia tua dñe: etenim veritatē tuā in ecclesia sanctorū alla alla. Secreta.

Oblationē famulorū tuorū suscipe omnipotens deus quā tibi suppliciter deferimus/ in honore beati bonifacij martyris sociorumq; eius: ut qui tibi semetipsos obtulerunt/ hostiam laudis in odorē suauitatis: eorum precibus uniri mereamur unigenito filio tuo domino nostro iesu christo. Qui tecū viuit. Cōio. Gaudete iusti in domino alleluya: rectos decet collaudatio alleluya alleluya. Postcōio.

Uiuificet nos mia deus: per hec sacramēta que sumpsim⁹: intercedente beato bonifacio martyre tuo socijsq;

eius: et ab omni surreptione vetustatis expurget: et capaces sctē nouitatis efficiat. Per dominū nostrū. ¶ Sanctorū medardi et gildardi episcopor. Offi.

Sacerdotes eius induāt salutari: et sancti eius exultatione exultabunt. In tempore paschali. alla alla. Ps. Memento domine dauid: et omnis mansuetudinis eius. Oratio.

Deus qui sanctā nobis huius diei solemnitatē in honore sctōrū confessorū atq; pontificū medardi/ et gildardi cōsecrasti: adesto familie tue precibus et dona: ut quorū festa celebramus: eorū merito et auxilio subleuemur. P. Epla. Plures facti sunt. in cōi. fo. ix. Gr. Sacerdotes ei⁹ induāt salutari: et scti eius exultatione exultabūt. V. Illuc producā cornu dauid paraui lucernā christo meo. Alla. V. Fulgebunt iusti: et tanq̄ scintille in arundineto discurrent in eternū. Euange. Sint lumbi. in cōi fo. xi. In tpe pasc. Euange. Ego sum vitis vos pal. in cōi. fo. j. Offi. Exultabūt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis/ exultationes dei in faucibus eorum. In tempore paschali. alleluya alla. Secreta.

Respice q̄s dñe populū tuū ad tua sacramenta currentē et presentē festiuitatē sctōrū confessorū tuorum atq; pontificū medardi et gildardi: ut quod in honore nominis tui detulerūt: cūctis proficiat ad veniā. Per dominū. Cōio. Ego vos elegi de mūdo: ut eatis et fructum afferatis/ et fructus vester maneat. In tempore paschali. alleluya alla. Postcōio.

Gratias tibi agimus dñe deus noster: q̄ nos celesti medela reparare dignat⁹ es da q̄s peccatis nostris veniā: sicut beatis confessoribus tuis atq; pontificibus medardo et gildardo dedisti sedē pontificatus. Per. ¶ In translatiōe sctī edmūdi archiepi. Ad mis. Offi.

Gaudeamus omnes in domino diem festum celebrantes sub honore edmūdi presulis: de cuius trāslatione gaudēt angeli/ et collaudāt

filium dei. ps. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. Oratio.

Deus qui nos beati edmundi confessoris tui atque pontificis translationem celebrare concedis: te supplices exoramus: ut eius meritis et precibus / a viciis ad virtutes et a carcere transferamur ad regnum. Per dominum. ¶ Memoria de martyribus primo et feliciano. Oratio.

Fac quesumus domine sanctorum martyrum tuorum primi et feliciani semper festa sectari: quorum suffragiis protectionis tue dona sentiamus. Per. Epistola. Ecce sacerdos magnus qui in vita sua. in com. fo. viii. Gradale. Domine prevenisti eum in benedictionibus dulcedinis posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. V. Vitam petiit et tribuisti ei: longitudinem dierum in seculum seculi. Alleluia. V. Hic edmundus pauper et modicus: celum diues ingreditur / hymnis celestibus honoratur. Sequentia. Alma chorus in com. fo. ix. Evangelium. Homo quidam pe. in com. fol. ix. in tempore pasc. Evangelium. Ego sum vitis vera in com. fo. i. Offertorium. Veritas mea et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. In tempore pas. alleluia. Secre.

Deus qui panem et vinum in corpus tuum et sanguinem / celesti benedictione convertis: concede nobis per merita beati edmundi confessoris tui atque pontificis: ut ad tuam misericordiam revertentes: tuo beneplacito confirmemur. Per. Alia secreta de marty.

Hac tibi domine quesumus hostia sacranda placabilis preciosorum celebritate martyrum tuorum primi et feliciani: que per eorum merita gloriosa: et peccata nostra purificet / et tuorum tibi vota conciliet famulorum. Per. Communio.

Beatus seruus quem cum venerit dominus inuenerit vigilantem: amen dico vobis super omnia bona sua constituet eum. in tempore pasc. alleluia alleluia. Postcommunio.

Deus qui beatum edmundum confessorem tuum atque pontificem: a suppliciis ad gaudia transtulisti: tribue quesumus: ut qui translationem eius veneramur in terris: per eius patrocinium ad celestia transferamur. Per. Alia postcommunio de martyribus.

Quesumus omnipotens deus: ut sanctorum martyrum tuorum primi et feliciani celestibus mysteriis celebrata solennitas: indulgentiam nobis tue propitiationis acquirat. Per. ¶ Sancti barnabe apostoli. Officium.



Mihi autem nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. ps. Domine probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam et resurrectionem meam. Oratio.

Ecclesiam tuam quesumus domine beati barnabe apostoli tui commendet oratio: et pro ea interuentor existat quam doctrina et passione illustrat. Per. Epistola. Iam non estis. in com. fo. i. Gradale. Nimis honorati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum. V. Dinumerabo eos: et super arenam multiplicabuntur. Alleluia. V. In omnem terram exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorum. Sequen. Alleluia nunc decantet in com. fo. i. Secundum iohan. xv.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Hoc est preceptum meum: ut diligatis inuicem sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionem nemo habet: ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis: si feceritis que ego precipio vobis. Iam non dicam vos seruos quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos: quia omnia quecunque audiui a patre meo nota feci vobis. Non vos me elegistis: sed ego elegi vos et posui vos ut eatis et fructum afferatis / et fructus vester maneat. Ut quodcunque petieritis patrem in nomine meo: det vobis. Credo. Offertorium. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Secreta.

Placationis tibi domine sacrificium in hac beatissimi barnabe apostoli tui solennitate deferimus: cuius nos precibus vere redemptionis nostre suffragia / et intelligere quesumus concedas et assequi. Per. Prefa. Et te v. Com.

Vos qui secuti estis me sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus israel dicit dominus. Postcommunio.

Sacramenta celestia que pro beati barnabe apostoli tui passione domine tue obtulimus maiestati: ipsius nobis quesumus fiant intercessione salutaria / in cuius natalicio sunt percepta. Per dominum. ¶ Sanctorum basilidis / cirini / naboris / et nazarii martyrum. Officium.

IN tret in cōspectu tuo dn̄e gemitus cōpeditoꝝ redde vicinis nostris septuplū in sinu eoꝝ vindica sanguinē sanctoꝝ tuoꝝ qui effusus est. ps. Deus venerūt gentes in hereditatem tuam: polluerunt templū sanctum tuum posue runt hierusalē in pomorū custodiam. Oratio.

SAnctoꝝ martyꝝ tuoꝝ basilidis: cirini/naboris/ et nazarij q̄s dn̄e natalitia nobis votiua resplēdeāt: et qd̄ illis ꝯtulit excellētia sempiterna: fructibus nr̄e deuotiōis accrescat. Per. Epl'a. Iustorum aie. in cōi. fol. v. Gr. Vindica dn̄e sanguinē sctōꝝ tuoꝝ q̄ effusus est. V. Posuerūt mortalia seruoꝝ tuoꝝ escas volatilibus celi: carnes sctōꝝ tuoꝝ bestijs terre. All'a. V. Iusti epulētur et exultēt in cōspectu dei: et delectent̄ in letitia. Euā. Ecce ego mit. in cōi. fo. ij. Offr. Exultabūt scti in gl'ia letabūt̄ in cubilib⁹ suis: exultatiōes dei i faucib⁹ eoꝝ. Secre.

DA nobis q̄s dn̄e pure deuotionis affectū: et sctōꝝ martyꝝ tuoꝝ basilidis/cirini/naboris/ et nazarij intercessiōibus: etiā nr̄a munera propitius intuere. Per. Cōio. Posuerūt mortalia seruoꝝ tuoꝝ dn̄e escas volatilib⁹ celi: carnes sctōꝝ tuoꝝ bestijs terre scd̄m magnitudinē brachij tui posside filios morti punitoꝝ. Postcōio.

DIuinis sacramētis refecti q̄s domine deus noster: vt sctōꝝ martyꝝ tuoꝝ basilidis/cirini/naboris/ et nazarij intercessionibus: gaudijs mereamur interesse celestib⁹. Per. ¶ Sancti basilij episcopi et confessoris. Officium.

STatuit ei domin⁹ testamētum pacis/ et principē fecit eū: vt sit illi sacerdotij dignitas ineternū. ps. Mias dn̄i: ineternū cantabo. Oratio.

DEus q̄ btm̄ basiliū confessorē tuū doctorē p̄cipuū/catholiceq̄ fidei predicatorē eligere dignatus es: presta q̄s: vt ipso pro nobis intercedēte pctōꝝ nr̄oꝝ mereamur exui malis: et tibi dn̄o sinceris mētibus deseruire. Per. Epl'a. Ecce sacer. mag. in cōi. fo. viij. Gr. Dn̄e preuenisti eū in bn̄dictiōib⁹ dulcedinis: posuisti in capite ei⁹ coronā de lapide p̄cioso. V. Vitā petijt et tribuisti ei: lōgitudinē dierū in sclm̄ seculi. All'a. V. Iust⁹ germinabit sicut liliū: et florebit in eternū ante dn̄m. Euā. Hō q̄dā pegre. in cōi. fo. ix. Offr. Veritas mea et mia mea cū ip̄o et in noīe meo exaltabit̄ cornu ei⁹. Sec.

SAncti basilij confessoris tui atq̄ pontificis supplicatiōe mun⁹ oblatū: dn̄e q̄s fiat nobis in perpetuū salutare. Per. Cōio. Btūs seruus quē cū venerit dn̄s inuenerit vigilātem: amen dico vobis: super oīa bona sua cōstituet eum. Postcōio.

SUmptum dn̄e celestis remedij sacramentū: ad ppetuā nobis peruenire grāz/vti blasilij cōfessoris tui atq̄ pontificis obtineat intercessio gl'iosa. P.

¶ Sctōꝝ viti et modesti atq̄ cres. m̄. of.

IUsti epulent̄ et exultent in conspectu dei: et delectentur in letitia. ps. Exurgat deus et dissipentur inimici eius: et fugiant q̄ oderūt eum a facie eius. Oratio.

COncede q̄s oīps de⁹: vt sctōꝝ martyꝝ tuoꝝ viti et modesti: atq̄ crescētie/quoꝝ celebram⁹ victorias: participemur et p̄mijs. Per. Epl'a. Iusti aūt. in cōi. fol. v. Gr. Clamauerunt iusti: et dn̄s exaudiuit eos: et ex oībus tribulatiōib⁹ eoꝝ liberauit eos. V. Iuxta est dn̄s his q̄ tribulato sūt corde: et hūiles spū saluabit. All'a. V. Mirabilis dn̄s nr̄ in sctis suis. Scd̄m Lucā. xi.

IN illo tpe. Dicebat ies⁹ turbis iudeoꝝ: et principib⁹ phariseoꝝ. Ve vobis q̄ edificatis monumēta pphetaꝝ: p̄res aūt vr̄i occiderūt illos. Profecto testificamini: q̄ ꝯsentitis opib⁹ p̄rm vr̄oꝝ. Qm̄ quidē ipsi eos occiderunt: vos aūt edificatis eoꝝ sepulchra. Propterea et sapiētia dei dixit. Mittā ad eos prophetas/ et ap'los/ et ex illis occidēt et psequentur: vt inq̄ratur sanguis oīm pphetarū qui effusus est a cōstitutione mūdi a gn̄atiōe ista: a sanguine abel iusti vsq̄ ad sanguinē zacharie/ qui perijt inter altare et edē. Ita dico vobis requiret̄ ab hac gn̄atione. Ve vobis legisperitis q̄ abstulistis clauē scientie: et ipsi non introistis/ et eos

qui introibãt prohibuistis. Cũ hec ad il-
los diceret: ceperũt pharisei et legisperi
ti grauiter insistere et os ei⁹ opprime
re/ de multis insidiãtes ei Et querentes ca
pere aliqd ex ore eius: vt accusarent eũ.
Offr. Gloriabũtur in te oẽs q diligũt nomẽ
tuũ: qm tu dñe bñdices iusto/ dñe vt scuto bone
voluntatis tue coronasti nos. Secreta.

PRopitius esto dñe supplicatiõib⁹
nostris: et populi tui oblatiõibus
precibusqȝ susceptis: intercessiõe sctorũ
martyrum tuorũ viti et modesti atqȝ crescẽ
tie/ nostra ad te corda cõuerte: vt a terre
nis cupiditatibus liberi: ad celestia desi
deria transeamus. Per. Cõio. Anima
nr̃a sicut passer erepta est de laqo venantiũ: la-
queus cõtrit⁹ est ⁊ nos liberati sum⁹. Postcõ.

SAlutaris alimonie participatiõe
refectos: beatorũ martyrũ tuorum
viti ⁊ modesti atqȝ crescẽtie/ nos dñe qs
vbiqȝ defensiõe custodi: quorũ hodie vo-
luisti nos tpali solẽnitate gaudere. Per.

¶ Translatio sancti richardi. Officium

STatuit ei domin⁹ testamẽ
tum pacis/ et principẽ fecit
eũ vt sit illi sacerdotij digni
tas ineternũ. ps. Mias dñi:
ineternum cantabo. Oratio.

DEus qui nos translationẽ btissi-
mi confessoris tui atqȝ pontificis
richardi solẽniter celebrare cõcedis: tri-
bue nobis qs: eius meritis ⁊ precibus a
mundi huius transire miseria: ⁊ ad gau
dia peruenire celestia. Per. ¶ Mẽoria
de martyribus cirico et iulita. Oratio.

EXaudi nos dñe de⁹ noster: cũ sctorũ
martyrũ tuorum cirici ⁊ iulite ma
tris eius tibi patrocinio supplicãtes: vt
quorũ celebram⁹ triumphũ: possum⁹ re
tinere cõstantiã. Per. Epla. Ecce sacer.
in cõi. fo. viij. Gr. Dñe preuenisti eũ in bñdi
ctionib⁹ dulcedinis: posuisti i capite ei⁹ coronã
de lapide pcioso. V. Vitã petijt ⁊ tribuisti ei lon
gitudinẽ dierũ in seculũ seculi. Alla. V⁹. Ju
stus germinabit sicut liliũ: et florebit in eternũ
ante dñm. Sequẽtia. Adest nobis dies al
ma. in cõi. fo. ix. Euãge. Homo quidã pe
regre. in cõi. fo. ix. Offr. Veritas mea et
misericordia mea cum ipso: et in nomine meo
exaltabitur cornu eius. Secreta.

OFferimus tibi dñe preces ⁊ mune
ra suppliciter exorantes: vt inter-
cessiõe bti richardi cõfessoris tui atqȝ pon
tificis/ cuius translatiõis solẽnia colim⁹
a vicijs ad virtutes/ et a carcere transfe
ramur ad regnũ. p. Alia secre. de mar.

OFferimus tibi dñe fideliũ tuorũ do
na solennia sctorũ martyrũ tuorum ci
rici et iulite intercessiõibus confidẽtes:
vt quod nos exequimur minus idonea
seruitute: illorum potius meritis efficia
tur acceptum. Per dominũ. Cõio. Bea
tus seruus. in cõi. folio. ix. Postcõmunio.

PEr hec sacramenta dñe que sum-
psim⁹: et per intercessionẽ sancti
pontificis tui richardi: cuius translatio
nis diẽ deuote celebramus: te supplices
deprecamur vt ipsius meritis ⁊ interces
sione a tenebris hui⁹ vite ad lucẽ perpe-
tuam nos transferre digneris. Per do.

¶ Alia postcõmunio de martyribus.

PLebs tua dñe per hec sctã q sum
psim⁹: capiat sacre bñdictiõis au
gmentũ: ⁊ intercessione sctorũ martyrũ
tuorũ cirici et iulite: copiosis beneficiorũ
tuorum semper subleuemur auxilijs. Per.

¶ Sctorũ marci et marcelliani. Offiũ.

SAlus autẽ iustorũ a dño: et
protector eorũ est in tẽpore
tribulatiõis. ps. Noli emula
ri in malignãtib⁹ neqȝ zelaueris
faciẽtes iniquitatem. Oratio.

PResta qs oĩps deus: vt qui sancto
rũ martyrũ tuorũ marci et mar-
celliani natalicia colimus a cũctis malis
imminentibus/ eorũ intercessionibus li
beremur. Per. Epla. Lingua sapientũ.
in cõi. fol. v. Gr. Iustorũ aĩe in manu dei
sunt: et nõ tanget illos tormentum malicie. V.
Visi sunt oculis insipientiũ mori: illi autẽ sunt
in pace. Alla. V. Reddet deus mercedem la
borũ sanctorũ suorũ: et deducet illos in via mi-
rabili. Euange. Videte ne quis. in cõi. fo.
vij. Offr. Aĩa nostra sicut passer erepta
est de laqueo venãtium: laqueus contritus est
et nos liberati sumus. Secreta.

Preveniat nos q̄s dn̄e gratia tua semper et subsequatur: et has oblatiões quas pro peccatis nostris nõi tuo cõsecrandas offerimus benignus assume: vt per intercessionē sctoꝝ martyꝝ tuorū marci ⁊ marcelliani cunctis proficiat ad salutē. Per. Cõio. Amen dico vobis: quod vni ex minimis meis fecistis/mihi fecistis venite bn̄dicti p̄ris mei: possidete preparatum vobis regnum ab initio seculi. Postcõio.

Vt percepta nos domine sancta viuificent: sanctorū martyrum tuorum marci ⁊ marcelliani merita gloriosa nos adiuuent. Per dn̄m nostrum.

¶ Sctoꝝ gervasij et prothasij. Officiū



Loquetur domin⁹ pacē in plebem suam/ et super sanctos suos: et in eos qui convertuntur ad ipsum. Ps. Benedixisti domine terrā tuā: avertisti captivitatem iacob. Oratio.

Deus qui nos annua sctoꝝ martyrū tuoꝝ gervasij ⁊ pthasij solēnitate letificas: cõcede ppitius: vt quorū gaudem⁹ meritis accēdamur exēplis. P.

¶ Lcĉo ep̄le b̄ti pauli ap̄li ad roma. viij.

Fratres. Scimus quoniā diligentibus deū/ oīa cooperātur in bonū: his qui secūdū propositū vocati sunt sancti. Nā quos p̄sciuit et predestinauit cõformes fieri imaginis filij sui: vt sit ipse primogenit⁹ in multis fratribus Quos aūt p̄destinauit: hos ⁊ vocauit. Et quos vocauit: hos et iustificauit. Quos autē iustificauit illos et magnificauit. Quid ergo dicemus ad hec. Si de⁹ pro nobis q̄s cõtra nos. Qui etiā proprio filio suo nõ pepcit: sed p nobis oībus tradidit illū Gr. Gloriosus deus in sctis: mirabilis in maiestate faciens prodigia. ℣. Dextera tua domine glorificata est in virtute dextera manus tua cõfregit inimicum. Alla. ℣. Sancti et iusti in domino gaudete: vos elegit deus in hereditatem sibi. Euāgeliū Secundū Marcū. xiij.

In illo tp̄e. Egrediēte iesu de templo: ait illi vnus ex discipulis suis Magister aspice quales lapides: ⁊ quales structure. Et respondēs iesus: ait illi Vides has oēs magnas edificatiões. Non relinquetur lapis super lapidē: qui nõ destruatur. Et cū sederet in mõte olivarū cõtra templū: interrogabant eū separatim petrus et iacobus: et iohannes et andreas. Dic nobis q̄n ista fient: ⁊ q̄d signū erit q̄n hec oīa incipiēt consummari. Et respondēs iesus: cepit dicere illis Videte ne quis vos seducat. Multi eni venient in noīe meo dicētes: q̄a ego sum: et multos seducent. Cū autē audieritis bella/ ⁊ opiniones belloꝝ: ne timueritis Oportet enim hec fieri: sed nondū finis Exurget eni gens cõtra gentē: et regnū sup regnū: et erūt terremotus per loca/ et fames. Initiū doloꝝ hec. Videte aūt vosmetipsos Tradēt eni vos in cõsilijs: et in synagogis vapulabitis: et ante presides et reges stabitis propter me in testimoniū illis Et in oēs gentes primum oportet predicari euāgeliū. Et cū duxerint vos tradentes: nolite precogitare/ quid loquamini: sed q̄d datum fuerit vobis in illa hora/ id loquamini. Non estis eni vos loquētes: sed sp̄us sctūs Tradet aūt frater fratrē in mortē: et pater filiū: et cõsurgēt filij in parētes: et morte afficient eos. Et eritis odio oībus ppter nomen meū. Qui autē sustinuerit in finem hic saluus erit. Offr. Letamini in dn̄o et exultate iusti: et gl'iamini oēs recti corde Sec.

Hostias tibi dn̄e laudis offerimus quas beatis martyrib⁹ tuis gervasio et pthasio contulisti: vt et pro tuo noīe mori nõ pauerent ⁊ sempiterna gloria fulgeant interēpti. Per. Cõio. Posuerunt mortalia servorū tuorum domine escas volatilibus celi: carnes sanctorū tuorū bestijs terre secundum magnitudinem brachij tui posside filios morti punitorum. Postcõmunio.

Benedictio tua q̄s dn̄e per hec sancta mysteria tuorū impleat corda fideliū vt et sanctorū martyꝝ tuorū gervasij et prothasij honorificent passiones et remedia salutis eterne que expetunt eisdem patrocinantibus assequantur. Per dn̄m.

¶ In translatione sancti edwardi regis et martyris. Officium.



Loria et honore coronasti eum: et constituisti eum super opera manuum tuarū. ps. Domine dominus noster: q̄ admirabile est nomē tuum in vniuersa terra. Kyrieeleyson. Oratio.

Deus eterni triūphator imperij: familiā tuam propitius respice: trāslationē regis celebrantē edwardi: ⁊ presta: vt sicut illū munere glorificare dignaris celesti ita nos eiꝰ obtentu eterne felicitati facias dignanter ascribi. Per. Epla. Btūs vir qui inuentꝰ. in cōi. fo. iij. Gr. Posuisti dn̄e super caput eius: coronā de lapide precioso. V. Desideriū aie eius tribuisti ei: et voluntate labiorū eius nō fraudasti eum. Alla. V. Btūs vir q̄ suffert tentationē: quoniā cū probatus fuerit accipiet coronā vite. Si fiant .ix. lec. vr. seqn̄. Organi. cana. i cōi. fo. iij. Euāge. Si q̄s venit. in cōi. fo. iiij. Offr. Posuisti dn̄e in capit eiꝰ coronā de lapide p̄cioso vitā petijt a te et tribuisti ei alla. Sec.

Intuere q̄s dn̄e deus ad nostre humilitatis hostiā tibi in honore sancti martyris tui ac regis edwardi oblatam: quā tibi sacrā oblationē mirabili dispensatione efficere voluisti: et concede nobis illius precibus ita innocēter viuere: vt ad eterna mereamur gaudia peruenire. Per dn̄m. Cōio. Qui vult venire post me abneget semetipsum: et tollat crucē suam et sequatur me. Postcōmunio.

Sancta tua nos dn̄e sumpta purificent: btō martyre tuo / ac rege edwardo intercedēte / ad perpetue btitudinis cōsortiū perducāt. Per. ¶ Sancti albani prothomartyris anglor. Offm̄.



In virtute tua dn̄e letabit iustus: et sup salutare tuū exultabit vehemēter: desideriū anime eiꝰ tribuisti ei. ps. Quoniā preuenisti eum in benedictiōibus dulcedinis posuisti in capite eiꝰ coronam de lapide precioso. Oratio.

Deus qui hunc diē bti albani martyrio consecrasti: tribue q̄sumus vt cuius annuo gratulamur officio: eiꝰ continuo foueamur auxilio. Per dn̄m.

¶ Lectio libri sapientie. iiij.

Iustus si morte preoccupatus fuerit: in refrigerio erit. Senectꝰ eñi venerabilis est nō diuturna neq̄ numero annorū cōputata. Cani autē sunt sensus hois: et etas senectutis: vita immaculata. Placēs deo factus dilectus: et viuens inter pctōres trāslatus est. Raptꝰ est ne malicia mutaret intellectum illiꝰ: aut ne fictio deciperet aiam illius. Consummatus in breui: expleuit tpa multa. Placita eñi erat deo aia illius. Propter hoc properauit educere illū de medio iniquitatis: qm̄ gratia dei ⁊ mia est in sctōs eiꝰ: et respectus in electos illiꝰ. Gr. Beatus vir q̄ timet dn̄m: in mādatis eius cupit nimis. V. Potēs in terra erit semē eiꝰ: gn̄atio rectorū bn̄dicetur. Alla. V. Posuisti dn̄e super caput eiꝰ coronā de lapide precioso. Sequen.

Eya gaudens caterua ouanter eya Pange sonora dn̄o cātica illius: ⁊ enarra magnalia. Ex toto corde ex tota virtute / ex tota anima xp̄o iubila. Qui est sctōr vita virtꝰ / gl̄ia / premiū / corona Cuius pietas larga comit aurea albanū laurea Cuius precellēs gr̄a: expurgauit eius crimina. Eius et cornu per secla: exaltat in magna gloria Cū eñi percepisset diuina munera. Sctē religionis dona mystica Aspernēs idolatrā regē sperniт idola. Et cū iam ducereť mortis ad supplicia. Prece fugās flumina. Per fluuij glareas: sicca trāsiuit semita Pari quoq̄ gr̄a Grata fontis mūera: terra produxit arida. Post hec inclita albane pater opera. Linquēs hec terrestria. Scādis cū gl̄ia celor diuidima. Te nūc petimꝰ patrone prece sedula. Qui es nr̄a vera gl̄ia. Solue precū votis seruor scelera Exora pro gēte anglica: ⁊ pro eiꝰ pace eterna. Terdiciť. V. p̄dictꝰ. Et nobis tibi supplicibus vite vera impetra gaudia. Ubi sonat iugiter alla. Euāge. Si quis vult post me ve. in cōi. fo. iiij. Offr. In virtute tua dn̄e letabitur iustꝰ: et sup salutare tuū exultabit vehemēter: desideriū aie eiꝰ tribuisti ei. Secre.

Sicut i bti albani martyris tui veneratiōe te mirabilē predicamꝰ

sic dñe clementiã tuam/per hec pie placa
tionis officia: pro nobis q̃s ipse pius in
tervẽtor existat. Per. Cõio. Magna est
gloria eius in salutari tuo: gloriã et magnũ de
corem impones super eum dñe. Postcõio.
Ut tua nos domine sacramenta
purgent a crimine: sanctã maie
statẽ tuã quesumus beatus martyr alba
nus semper imploret. Per d. ¶ In vigi
lia sancti iohannis baptiste. Officium.
Ne timeas zacharia exau
dita est oratio tua: et eli
zabet vxor tua pariet tibi
filium: et vocabis nomen
eius iohannẽ: et erit ma
gnus corã dño/et spũ sctõ
replebitur adhuc ex vtero matris sue: et
multi in nativitate eius gaudebunt. Ps.
Dñe in virtute tua letabitur rex: et super saluta
re tuum exultabit vehementer. Oratio.
Presta q̃s oẽs deꝰ: vt familia tua
per viã salutis incedat: et beati io
hannis xpi precursoris hortamẽta sectã
do: ad eũ quẽ predixit secura perveniat:
dñm nostrũ iesum christũ filium. ¶ Me
moria de sancta etheldreda. Oratio.
Deus q̃ nos hodie btẽ etheldrede
virginis tue annua solẽnitate le
tificas: concede ppitius: vt eiꝰ adiuvemur
meritis/ cuiꝰ castitatis irradiamur exẽ
plis. Per. Lectio hieremie prophete. i.
In diebus illis. Factũ est verbum
dñi ad me dicens. Priusq̃ te for
marẽ in vtero novi te: et anteq̃ exires de
vulva sctificavi te/ et prophetã in genti
bus dedi te. Et dixi. A/a/a/domie deus
Ecce nescio loqui: quia puer ego sum. Et
dixit dñs ad me. Noli dicere quia puer
sum: q̃ñ ad oia que mittã te ibis/ et vni
versa que mandavero tibi loq̃ris. Ne ti
meas a facie eorũ: q̃a ego tecum sum vt
eruã te/dicit dñs. Et misit dñs manũ su
am: et tetigit os meũ. Et dixit ad me Ec
ce dedi verba mea in ore tuo. Ecce cõsti
tui te hodie super gentes/ et super regna
vt evellas/et destruas/ et disperdas/et
dissipes/ et edifices et plantes. Dicit dñs
oñipotens. Gr. Fuit homo missus a deo:
cui nomẽ erat iohannes/hic venit. V. Ut testi
moniũ perhiberet de lumie: et parare dño plebẽ
perfectã. Si do. fue. vz. Alla. V. Tu puer
propheta altissimi vocaberis: preibis ante dñm
parare vias eius. Initium sancti evange
lij Secundum Lucam. i.
Fuit in diebꝰ herodis regis iudee
sacerdos quidam noie zacharias
de vice abia: et vxor illius de filiabꝰ aa
ron: et nomen eiꝰ elizabeth. Erãt aũt iu
sti ambo ante deũ: incedẽtes in oibꝰ mã
datis et iustificationibꝰ dñi sine querela
Et nõ erat illis filiꝰ: eo q̃ esset elizabeth
sterilis: et ambo processissent in diebꝰ su
is. Factũ est autẽ cũ sacerdotio fungeret
zacharias in ordine vicis sue ante deum
scd̃m cõsuetudinẽ sacerdotij: sorte exijt
vt incensum poneret: ingressus in tẽplũ
dñi. Et ois multitudo ppli: erat orãs fo
ris hora incensi. Apparuit aũt illi ange
lus dñi: stans a dextris altaris incẽsi. Et
zacharias turbatꝰ est vidẽs: et timor ir
ruit sup eũ. Ait aũt ad illũ angelꝰ. Ne ti
meas zacharia: q̃ñ exaudita est depreca
tio tua et vxor tua elizabeth pariet tibi fi
liũ: et vocabis nomen eius iohannes. Et
erit gaudiũ tibi et exultatio: et multi in
nativitate eiꝰ gaudebũt Erit eni magnꝰ
corã dño: vinũ et sicerã non bibet. Et spũ
sctõ replebit adhuc ex vtero mr̃is sue: et
multos filiorum israel cõvertet ad dñm de
um ipsorũ. Et ipse p̃cedet ante illũ in spũ
et virtute helye: vt convertat corda patrũ
in filios: et incredulos ad prudentiã iu
storũ. Parare dño plebẽ perfectã. Offr.
Gloria et honore coronasti eum: et constitui
sti eũ sup opera manuũ tuarũ dñe. Secreta.
Da quesumus omnipotens deus
vt sicut beatus iohannes bapti
sta astruxit: agnus ille tuus qui presen
tibus mysterijs declaratus est: peccata
nostra semper emundet. Qui tecum vi.
¶ Alia secreta de sancta etheldreda.
Que in hoc altari dñe proposita o
culis tue maiestatis offerimus:
scte etheldrede virginis tue supplicatio
nibꝰ q̃s propitiatus assume. Per. Cõio
Magna est gl̃ia eiꝰ in salutari tuo: gl̃iam et ma-

gnū decp̄rē imponens super eū vnc. Postcōio.

BEati iohannis baptiste nos domine preclara comitetur oratio: et quē venturū esse predixit: poscat nobis fore placatū: dominū nostrū iesum christum.

¶ Alia postcōio de sancta etheldreda.

QUesumus omnipotens deus: vt quod de mensa celesti percepimꝰ intercedēte btā etheldreda virgine tua nr̄os semper ad te trahat affectus. Per.

¶ In die sancti iohānis baptiste. Offm̄.



DE ventre matris mee vocauit me dn̄s/ noie meo: et posuit os meū vt gladiū acutū: sub tegumēto manꝰ sue ptexit me: posuit me q̄si sagittā electā. ps. Bonū est cōfiteri dn̄o: et psallere noi tuo altissime. Or.

DEus qui presentē diē honorabilem nobis in beati iohannis natiuitate fecisti: da populis tuis spiritualiū gratiā gaudiorū: et omniū fideliū mentes dirige in viam salutis eterne. Per.

¶ Lectio esaie prophete. xlix.

AUdite insule et attendite populi de longe. Dn̄s ab vtero vocauit me: de ventre matris mee recordatꝰ est nois mei Et posuit os meū quasi gladiū acutū/ in vmbra manꝰ sue protexit me: et posuit me sicut sagittā electā. In pharetra sua abscōdit me: & dixit mihi. Seruus meꝰ es tu israel: q̄a in te gloriabor. Et nūc hec dicit dn̄s/ formās me ex vtero seruū sibi: dedi te in lucē gentiū: vt sis salus mea vsq̄ ad extremū terre Reges videbūt et cōsurgent principes et adorabunt dn̄m deū tuū et sanctū israel qui elegit te. Gr. Priusq̄ te formarē in vtero noui te: et antequā exires de vētre sanctificaui te. V. Misit dn̄s manū suā: et tetigit os meū et dixit mihi. Alla. V. Inter natos mulierū non surrexit maior iohanne baptista. Sequentia.

SAncti batiste xp̄i preconis. Solennia celebrātes moribus ip̄m sequamur. Ut ad vitā quā predixit asseclas suos perducat. Deuoti te sanctissime iohan amice iesu xp̄i flagitamus: vt gaudia percipiamꝰ Sequens. V. dr. in natiu. eiusdē tantū. Apparensq̄ zacharie gabriel repromisit qui tuā celebrarēt obsequijs natiuitatē. Sequēs V. dr. in decollatiōe eiusdē tantū. Maxima q̄ dantur sctis in celo q̄ martyrij tui cōgaudemꝰ victoriis in die ista. Ut per hec festa eterna gaudia adipiscamur Qua scti dei sacris delicijs leti cōgaudēt. Tu q̄ preparas se uiū corda. Ne q̄d deuiū vel lubricū deus in eis inueniat. Te deposcimꝰ vt crimina nr̄a. Et facinora cōtinua prece studeas absoluere. Placatus. Ut ip̄e suos. Semper inuisere. Fideles. Et mānsionē. In eis facere. Dignetur. Ut agni vellere quē tuo digito. Mūdi monstraueras tollere crimina nos velit induere. Ut ipsum mereamur angelis associj. In alba veste sequi per portā clarissimam Amice christi iohannes. Iste vltimus V. dr. ter in vtroq̄ festo. Secundū Lucam. i.

IN illo tp̄e. Elizabeth impletū est tēpus pariendi: & peperit filiū. Et audierūt vicini & cognati eius/ quia magnificauit dn̄s miam suā cū illa: et cōgratulabantur ei. Et factū est in die octauo venerūt circūcidere puerū: & vocabāt eū noie patris sui zachariā. Et respondens mater eius: dixit Nequaq̄: sed vocabitur iohannes. Et dixerūt ad illā: quia nemo est in cognatiōe tua qui vocetur hoc noie Innuebāt aūt patri eius: quē vellet vocare eū. Et postulans pugillarē: scripsit dicens. Johannes est nomē eius. Et mirati sunt vniuersi. Apertū est autē illico os eius/ & lingua eius: et loquebatur vn̄di cēs deū. Et factus est timor sup oēs vicinos eorū: et sup oia mōtana iudee/ diuulgabantur oia verba hec. Et posuerunt oēs qui audierāt in corde suo: dicētes Quis putas puer iste erit. Etenim manus domini erat cū illo. Et zacharias pater eiꝰ impletꝰ est sp̄ū sctō: et prophetauit dicēs Bn̄dictus dn̄s deus israel: q̄a visitauit et fecit redemptionē plebis sue. Credo

Offm̄. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus

que in libano est multiplicabitur. Secreta.

Tua nos dñe muneribꝰ altaria cumulamꝰ / illiꝰ natiuitatē honore debito venerātes et opē nobis affore deprecantes qui saluatorē mundi ⁊ cecinit affuturū: et adesse monstrauit presentē: iesum christū filium tuū. Qui tecū viuit. Prefatio quoti. Cōio. Tu puer propheta altissimi vocaberis: preibis enim ante faciē domini parare vias eius. Postcommunio.

Sumat ecclesia tua deꝰ / vti iohannis baptiste generatiōe leticiam: per quē sue regeneratiōis cognouit auctorē: dñm nostrū iesum xp̄m filiū tuum Qui te. Per totas octa. dz. eadē missa de sctō iohanne: nisi festū intercurrat et nisi in dñica sed sine Sequētia: et. Credo, ⁊ nisi missa. Salus populi. vel missa dñicalis ex necessitate cantāda fuerit: ⁊ qñ dz. missa de festo loci / vl' de sctā virgi. maria

¶ Sctōꝝ iohan. et pauli martyr. Offm̄

Multe tribulationes iustorū: ⁊ de his oībus liberauit eos dñs dñs custodit oīa ossa eorū: vnū ex his nō conteret. ps. Benedicā dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. Oratio.

Quesumus oīpotēs deꝰ: vt nos geminata letitia / hodierne festiuitatis excipiat que de btōꝝ iohannis et pauli glorificatione procedit quos eadē fides ⁊ passio vere fecit esse germanos. Per dñm. Mēoria de sctō iohāne baptista. Epl'a. Hi sunt viri. in cōi fol'. vi. Gr. Ecce q̄ȝ bonū et q̄ȝ iocundū habitare fratres in vnū. V. Sicut vnguentū in capite: qd' descēdit in barbā: barbā aaron. V. Mandauit dñs benedictionē: et vitā vsqȝ in sclm. Alla. Vꝰ. Isti sunt due oliue ⁊ duo candelabra lucētia ante dñm: habēt potestatē claudere celū nubibus et aperire portas eius q̄a lingue eorū claues celi facte sunt. Si dñica fuerit: dicit' sequen. Ecce pulchra canorū. in cōi fo. vi. Euāg. Attendite a fermēto. in cōi fo. vij. Offr. Gloriabuntur in te oēs qui diligūt nomen tuum: quoniā tu benedices iusto: dñe vt scuto bone voluntatis tue coronasti nos. Secreta.

Hostias altaribus tuis dñe placationis imponimꝰ potentiā tuā: in sctōꝝ tuorū iohannis et pauli passionibꝰ honorando: et per eos nobis implorādo veniā petōꝝ. Per. Cōio. Et si corā hominibus tormēta passi sunt: deꝰ tētauit eos tanq̄ȝ aurum in fornace probauit eos et quasi olocausta accepit illos. Postcommunio.

Sumptis sacramentis plebs tua dñe quesumꝰ repleta proficiat: et eoꝝ fulta presidijs: quorū natalicia celebrat quod tēporaliter deuota sectatur eternū consequi mereatur. Per.

¶ In vigilia apostolorū petri ⁊ pauli. Officiū

Dicit dñs petro cū esses iunior cingebas te ⁊ ambulabas vbi volebas: cū autē senueris / extendes manus tuas ⁊ aliꝰ te cinget ⁊ ducet quo tu nō vis: hoc aūt dixit / significans qua morte clarificaturꝰ esset deū. ps. Celi enarrant gloriam dei: et opera manuū eius annunciat firmamentum. Oratio.

Deus qui nos btōꝝ apl'orū tuorū petri et pauli natalitia gloriosa preuenire concedis / tribue q̄s: eorū nos semp et bñficijs preueniri: ⁊ orationibꝰ adiuuari. Per. Mēoria de. s. leone. oro.

Deus qui beatū leonē pontificem sctōꝝ tuorū meritis coequasti: cōcede propitiꝰ: vt qui cōmemoratiōis eiꝰ festa recolimꝰ: vite quoqȝ eiꝰ imitemur exempla. Per. ¶ Mēoria de sctō iohanne baptista. Lectio actuum apl'orū. iij.

In diebus illis. Petrus et iohannes ascendebāt in templū ad horā oratiōis nonā. Et quidā vir q̄ erat claudus ex vtero matris sue baiulabat': quē ponebāt quotidie ad portā tēpli que dicitur speciosa / vt peteret elemosynā ab introeūtibus in templū. Is cū vidisset petrū et iohannē incipientes introire in tēplū: rogabat vt elemosynā acciperet. Intuens aūt in eū petrus cum iohāne dixit Respice in nos. At ille intēdebat in eos: sperās se aliq̄d accepturū ab eis Petrus aūt dixit. Argentū ⁊ aurum nō est mihi: quod aūt habeo hoc tibi do. In noīe iesu

xp̄i nazareni: surge et ambula. Et appre hensa eius manu dextera: alleuauit eū/ et portinus cōsolidate sunt bases eius & plāte. Et exiliēs stetit: et ambulabat. Et intrauit cū illis in templum/ ambulās et exiliens: et laudans deū. Et vidit eū om nis populus: ambulantē et laudantē de um. Cognoscebant aūt illū qm̄ ipse erat qui ad elemosynā sedebat ad speciosam portā tēpli. Et repleti sunt stupore & exta si: in eo qd̄ cōtigerat illi. Gr. In oēm ter rā exiuit sonus eorū: et in fines orbis terre ver ba eorū. ℣. Celi enarrāt gloriā dei: et opa ma nuū eius annūciat firmamentū. Si do. fuer. Alla. ℣. Nimis honorati sūt amici tui deus nimis cōfortat⁹ est pricipat⁹ eor. Scdm io. xxi

In illo tpe. Dixit iesus symoni pe tro. Symon iohannis diligis me plus his? Dixit ei. Etiā dn̄e: tu scis quia amo te. Dixit ei. Pasce agnos meos. Di xit ei iterū. Symon iohānis diligis me? Ait illi. Etiā dn̄e: tu scis qa amo te. Dixit ei. Pasce agnos meos. Dixit ei tertio. Symon iohānis amas me? Cōtristat⁹ est petrus: qa dixit ei tertio amas me: et dixit ei. Dn̄e/ tu oia nosti: tu scis qa amo te. Dixit ei Pasce oues meas. Amē amē dico tibi: cum esses iunior cingebas te et ambulabas vbi volebas. Cū autē senue ris: extēdes man⁹ tuas/ & ali⁹ te cinget et ducet quo tu nō vis. Hoc aūt dixit sig nificās qua morte clarificatur⁹ esset deū. Offr. Mihi aūt nimis honorificati sunt ami ci tui de⁹ nimis cōfortat⁹ est pricipat⁹ eor. Sec.

Munera domine tue propitiatio nis deferimus: que tibi pro nr̄is grata ieiuniis eorum quesumus depre catio quorum solennia preuenimus effi ciat. Per. Alia secreta de sancto leone.

Annue nobis dn̄e vt per intercef sionē beati leonis confessoris tui atq3 pontificis hec nobis prosit oblatio: quā immolādo totius mūdi tribuisti re laxari delicta. Per. Coio. Symon iohā nis diligis me plus his: domine tu omnia nosti tu scis quia amo te. Postcommunio.

Sumpsim⁹ dn̄e diuina mysteria btōr apostolorum tuorū petri et pauli desiderata solennia precurrentes presta qs: vt eor supplicationib⁹ muni amur quor regimur principatu. Per do. Alia postcommunio de sancto leone.

Sumentes dn̄e diuina mysteria scti leonis cōfessoris tui atq3 pon tificis: pia nos qs intercessio prosequat: vt cuius solennia recensem⁹: optata pre sidia sentiam⁹. Per dn̄m. In die apo stolorum petri et pauli. Officium.



Nunc scio vere qa misit domin⁹ an gelum suū: & eri puit me de manu herodis/ & de om ni expectatiōe ple bis iudeorum. ℣. Et petrus ad se re uersus: dixit. Oro.

Deus qui hodiernā diē aplor tuo rū petri et pauli martyrio conse crasti: da ecclie tue eorū in oīb⁹ sequi pre ceptū: per quos religionis sumpsit exor diū. Per dn̄m. Lctō actuū aplor. xii.

In dieb⁹ illis. Misit herodes rex man⁹: vt affligeret quosdā de ec clesia. Occidit autē iacobū fratrē iohan nis gladio. Videsaūt quia placeret iude is: apposuit apprehēdere et petrū. Erāt autē dies azimor. Quē cū apprehendis set/ misit in carcerē: tradensq3 quatuor quaternionibus militū ad custodiendū/ volēs post pascha producere eū populo. Et petrus quidē seruabatur in carcere. Oratio aūt fiebat sine intermissiōe ab ec clesia ad deū pro eo. Cū autē producturus eū esset herodes in ipa nocte erat pe trus dormēs inter duos milites vinct⁹ cathenis duab⁹/ et custodes ante hostiū custodiebāt carcerē. Et ecce angelus dn̄i astitit: et lumē refulsit in habitaculo car ceris. Percussoq3 latere petri: excitauit eū dicēs. Surge velociter. Et ceciderūt cathene de manibus eius. Dixit aūt an gelus ad eū. Precingere: et calcia te cali gas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi. Circū da tibi vestimētū tuū: et sequere me. Et exiens sequebat eū: et nesciebat qa verū

est qd fiebat p angelū. Existimabat aūt se visum videre. Transeūtes aūt primā & scdaʒ custodiā venerūt ad portā ferreā que ducit ad ciuitatē: q vltro apta est eis. Et exeūtes processerūt vicū vnū: et cōtinuo discessit angel9 ab eo. Et petrus ad se reuersus dixit. Nūc scio vere quia misit dns angelū suū: et eripuit me de manu herodis: et de omni expectatione plebis iudeorū. Gr. Cōstitues eos principes sup oēm terrā: mēores erunt nois tui dne. V9. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: ppterea ppli cōfitebūtur tibi. Alla. V. Tu es symon bariona cui caro & sanguis nō reuelauit verbū patris: sed ipse pater qui in celis est. Sequē.

Laude iocūda melos turma per sona. Jūgendo verba symphonie rithmica. Cōcrepās inclyta armonia vera celi lumina. Luce q aurea illustrant mundi regna oia. Vernāt fortia iā quorū trophea in celi regia. Quorū merita dissoluant crimina hac die fulgida. Nā alter crucis supplicio triūphans: alter ensis iugulo/vterqʒ nitet laurea. Et super sublimes sydera in signes victoria celica prelati sunt in curia. Hinc beate petre/q maxima reseras claudis verbo celi limina. Sume pius vota fidelia peccati cuncta dissoluendo vincula. Sacra paule ingere dogmata: illustrās plebis pectora. Et quousqʒ det de9 perfecta vltra fer mētes sydera. Pulchris qua resultet musica virtutū fidelibus atqʒ mellis cōcinna. In qua symphonia miscetur & illa que vere diatesseron prima. Cōstans virtute et iustitia. Temperātia et prudētia. Quibus supra agmina rite decorata: christo cātica psallāt armonica. Nostro sint choro socia: illa dēt lumina quis preconia damus iperlirica. Sublime dicant nūc oia: amen redēpta. Euā. Venit iesus in partes. In cōi. folio ii. Credo. Offr. Cōstitues eos principes super omnem terram: memores erūt nominis tui in omni progenie et generatione. Secreta.

Hostias dne quas nomini tuo sacrandas offerimus aplica prosequatur orō: per quā nos et expiari tribuas & defendi. Per d. Prefatio. Et te dne. Cōio. Tu es petrus: et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Postcōmunio.

Quos celesti dne alimento satiasti quesum9 apostolicis intercessionib9 ab omni aduersitate custodi. Per.

¶ In cōmemoratiōe scti pauli. Officiū



Scio cui credidi & certus sum/ quia potens est depositū meū seruare in illū diē. P Dne probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionē meā et resurrectionē meā. Orō

Deus q multitudinē gētiū vti pauli apostoli tui pdicatiōe docuisti: da nobis qs: vt cui9 natalitia colimus: ei9 apd te patrocinia sentiam9. Per d. Memoria de sancto petro. Oratio.

Deus q btō petro apsō tuo collatis clauibus regni celestis/ aias ligandi atqʒ soluēdi pōtificiū tradidisti: cōcede propitius: vt intercessionis ei9 & auxilio/ a peccatorū nostrorū nexibus liberemur. Per d. Memoria de sctō iohāne baptista. vt supra. Ad galatas. j.

Fratres. Notū vobis facio euāgeliū qd euangelizatū ē a me: quia nō est secundū hominē. Neqʒ eī ego ab homie accepi illud neqʒ didici: sed per reuelationē iesu christi. Audistis eī cōuersationē meā aliquādo in iudaismo: quoniā supra modū persequebar ecclesiā dei et expugnabā illā. Et proficiebā in iudaismo supra multos coetaneos meos in genere meo: abūdāti9 emulator existēs paternarū mearū traditionū. Cū aūt placuit ei qui me segregauit de vtero matris mee/ et vocauit per gratiā suā: vt reuelaret filiū suū in me: vt euāgelizarē illū in gentib9/ cōtinuo nō acquieui carni & sanguini/ neqʒ veni hierosolymam ad antecessores meos apsōs: sed abij in arabiā/ et iterū reuersus sum damascū. Deinde post annos tres/ veni hierosolymā videre petrū: & mansi apud eū dieb9 quin

decim. Aliū aūt aploꝝ vidi neminē nisi iacobū fratrē dñi. Que autē scribo vobis ecce corā deo: q̄a nō mentior. Deinde veni in partes syrie et cilicie. Erā autē ignotus facie ecclesijs iudee: que erāt in christo iesu. Tantū autē auditū habebāt: quia q̄ persequebat nos aliquādo/nūc euāgelizat fidē/quā aliquādo expugnabat. Et in me clarificabāt dñm nr̄m iesum xp̄m. Gr. Qui operatus est petro in apostolatū: operatus est mihi inter gentes: et cognouerūt gratiā dei que data est mihi. V. Grā dei in me vacua nō fuit: sed gratia eius semper in me manet. Alleluya. V. Magnus sanctus paulus vas electionis: vere digne est glorificand⁹. Sequentia. Solēnitas sancti pauli. require supra in conuersione eiusdem.

Euangelium secundū Matheum. xix.

In illo tempore. Dixit symon petrus ad iesum. Ecce nos reliqm⁹ omnia et secuti sum⁹ te. Quid ergo erit nobis? Jesus autē dixit illis. Amē dico vobis/q̄ vos q̄ secuti estis me in regeneratione cū sederit fili⁹ hoīs in sede maiestatis sue/sedebitis et vos sup sedes duodecim iudicātes duodecim trib⁹ isrl̄. Et oīs q̄ reliq̄rit domū vel fratres aut sorores/aut patrē/aut matrē/aut vxorem/aut filios/aut agros ppter nomē meū. centuplū accipiet: et vitā eternā possidebit. Credo. Offr. Mihi autē nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Secreta.

Oblationem tibi domine votiuam deferimus dep̄cātes: vt ad laudem tui nominis et apostolice reuerentiam dignitatis: et ad nostrum perueniat letificata presidiū. Per. Alia secreta.

Ecclesie tue quesumus dñe preces et munera beati petri apostoli tui commendet oratio: et quod pro illius gloria celebramus/nobis prosit ad veniā. Per dominum. Prefatio. Et te domine. Cōio. Amen dico vobis: q̄ vos qui reliquistis omnia et secuti estis me cētuplū accipietis et vitā eternā possidebitis. Postcōmunio.

Quesumus omnipotens deus vt ecclesia tua et sacramentis refecta salutarib⁹ et beati pauli apostoli tui fulta supplicationibus/sic presentia dona percipiat/vt capere mereatur eterna. Per dominū. Alia postcommunio.

Letificet nos quesumus munus oblatum vt sicut in apostolo tuo petro te mirabilem predicamus: sic per illum tue sumamus indulgentie largitatem. Per dominū. ¶ In octaua sancti iohannis baptiste. Officium/oratio/epl̄a. grad. All'. Offr. et cōio: sicut in prima die dñr cū euāgel. sequenti. Luce. i.

In illo tempore. Dixit ad zachariam angelus. Ne timeas zacharia quoniam exaudita est dep̄catio tua: et vxor tua elizabeth pariet tibi filium: et vocabis nomē eius iohannem. Et dixit zacharias ad angelū. Unde hoc sciā? Ego enim sum senex: et vxor mea processit in diebus suis. Et respondens angelus dixit ei. Ego sum gabriel/q̄ asto ante deū/et missus sum loqui ad te/et hec tibi euangelisare. Et ecce eris tacens: et nō poteris loqui vsq; in diem: quo hec fiāt: pro eo q̄ non credidisti verbis meis que implebūtur in tempore suo. Et erat plebs expectans zachariā: et mirabātur q̄ tardaret ipse in templo. Egressus autem: nō poterat loqui ad illos. Et cognouerunt q̄ visionem vidisset in templo. Et ipse erat innuens illis: et permansit mutus. Et factum est vt impleti sunt dies officij eius: abijt in domū suam. Post hos autem dies: cōcepit elizabeth vxor eius. Et occultabat se mensibus quinq; dicens. Quia sic fecit mihi dominus in diebus quibus respexit auferre opprobrium meū: inter homines. Si iste octaue in sabbato vel in dominica euenerint missa de octaua dicitur in capitulo.

¶ Sequitur festum visitationis beate marie.



In visitatione beate marie Officium



Gaudeam⁹ oẽs in dño diem festũ celebrantes sub honore marie virginis de cui⁹ visitatiõe gaudent angeli ꝛ collaudant filium dei. ps. Eructauit cor meum verbũ bonum: dico ego opera mea regi. Oratio.

Deus q̇ sacratissimã ṽginẽ mariã vnigeniti tui matrẽ mutue ꝯsolatiõis gr̃a beatã elizabeth visitare fecisti ꝯcede ꝓpiti⁹ nobis famlis tuis: vt ei⁹ visitatiõibus assidue cõsolemur: ꝛ a cũctis aduersitatib⁹ tuo munimie ꝓtegamur Per. Meoꝛa nulla. Lectio li. Sapiẽ. ij.

Ego flos cãpi: ꝛ liliũ conualliũ. Sicut liliũ iter spinas: sic amica mea inter filias. Sicut malus inter ligna siluarũ: sic dilect⁹ meus inter filios. Sub vmbꝛa illi⁹ quẽ desiderabã sedi: ꝛ fruct⁹ eius dulcis gutturi meo. Introduxit me rex in cellã vinariã: oꝛdinauit in me charitatẽ. En dilect⁹ meus loquitur mihi. Surge ꝓpera amica mea: columba mea/foꝛmosa mea et veni. Jam enĩ hyems trãsijt/imber abijt ꝛ recessit. Flores apparuerunt in terra nr̃a: tẽpus putationis aduenit. Vox turturis audita est in terra nr̃a. Ficus ꝓtulit grossos suos: vinee floꝛentes odoꝛẽ suũ dederunt Surge ꝓpera amica mea / colũba mea in foꝛaminib⁹ petre: in cauerna macerie Ostende mihi faciẽ tuã: sonet vox tua in auribus meis. Vox enĩ tua dulcis est: et facies tua decoꝛa. Gr. Bñdicta ꝛ venerabilis es virgo maria: q̃ sine tactu pudoꝛis inuẽta es mater saluatoꝛis. ℣. Virgo dei genitrix quẽ totus nõ capit oꝛbis: in tua se clausit viscera fact⁹ homo. Alla. ℣. Mr̃ mirifica sũma ꝓ gr̃am dona multiplica ditãs ecclesiã sacris vtutibus tollẽs dissidiũ cõferẽ penitẽtib⁹ tuũ presidiũ

Celebꝛem⁹ i hac die festũ(Seq̃ñ. domus zacharie: laudib⁹ letitie. Cõtẽplemur ibi gestũ: et de festo fiat festũ: iam dom⁹ ecclie. Thema iã solẽnitatis/copiose charitatis gratia recolitur. Quã elizabeth beata senectute fecundata: suscepisse scribitur. Oꝛbis totus gratuletur: toto coꝛde venereẽ dulcis visitatio. Cõpassioni coꝛdis benignitas excelsiua status et humilitas: sacra consolatio. In introitu marie: ꝓlẽ matrẽ prophetie: spiritus illuminat. Cõfoꝛtata gemitũ: roboꝛata debitũ felix parẽs terminat Ergo festi hanc auctricẽ: lauda dei genitricem: syon ex precoꝛdijs. Quicquid dicas de benigna/minus est a laude digna debitis preconijs. Visitatrix in montanis/visitatrix in his planis: sis matris ecclie. Medicina xp̃iana/qð nõ valet vis humana: fiat dono gr̃e. Bñdicta mulierũ/sydus maris lumẽ verũ/mestũ ꝯsola re clerũ/ꝓplm irradia. Bñdictio vẽtris tui fructu dona nobis frui: sicq̃z sum⁹ semper sui in perẽni gl̃ia. Amẽ. Scdm Lu.j.

In illo tpe. Exurgens maria abijt in mõta cũ festinatione in ciuitatẽ iuda/et intrauit in domũ zacharie: ꝛ salutauit elizabeth. Et factum est vt audiuit salutationem marie elizabeth / exultauit infans in vtero eius. Et repleta

est spũ sctõ elizabeth: et exclamauit vo-
ce magna / ꝫ dixit. Bñdicta tu inter mu
lieres: et benedict⁹ fruct⁹ vẽtris tui. Et
vnde hoc mihi: vt veniat mater dñi mei
ad me. Ecce enim vt facta est vox saluta-
tionis tue in auribus meis / exultauit in
gaudio infãs in vtero meo. Et btã q̃ cre
didisti qm̃ perficiẽtur in te / eaq̃ dicta sũt
tibi a dño. Et ait maria. Magnificat aĩa
mea dñm. Et exultauit spũs me⁹: in deo
salutari meo. Credo. Offer. Aue maria
gratia plena dñs tecũ: bñdicta tu in mulierib⁹:
et benedictus fructus ventris tui. Secreta.

Ecclesie tue q̃s dñe oblationẽ pro-
pitius intuere: et intercedẽte glo
riosa virgine dei genitrice maria / vnita
tis ac pacis semꝑ eidẽ dona cõcede. Per
eundẽ. Prefa. Et te in visitatione. Cõio
Beata viscera marie virginis: q̃ portauerũt
eterni patris filium. Postcommunio.

Deus q̃ mediante btã virgine ma
ria: mũdo succurristi perdito / ip-
sius gloriosis meritis et precib⁹ interue
niẽtib⁹ cõcede placat⁹: vt ab ecclesie tue
regno / oĩm scãdaloꝝ ꝑturbatiões remo-
ta: in tua semper pace debite famuletur
Qui viuis. Per totas octa. dicãt sequẽ-
tie sicut infra octa. assumptiõis eiusdem
cũ missa predicta. In octauo die dicatur
Kyrie eleyson. Gloria in excelsis. cũ far-
sura Spũs ꝫ alme orphanoꝝ. Sequẽtia

Veni mater gratie / fons miseri-
cordie: miseris remediũ. Ueni
lux ecclesie / tristibus letitie: tu infunde
Adesto domine supplicationibus nostris/ et intercessione beati meloris martyris tui perpetuam nobis misericordiam benignus impende. Per dominum. Epistola. Plures facti sunt. in communi fo. xl. Graduale. Sacerdotes eius induant salutare: et sancti eius exultatione exultabunt. Versus. Illuc producam cornu dauid parabi lucernam christo meo. Alleluia. Versus. Fulgebunt iusti et tanquam scintille in arundineto discurrent in eternum Nulla videlicet sequentia. licet .ix. lec. habeantur. Euangelium. Sint lumbi. in communi fo. xl. Offertorium. Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis: exultationes dei in faucibus eorum. Secreta

Preces nostras quesumus domine et tuorum respice oblationes fidelium/ ut tibi grate sint in tuorum festiuitate sanctorum: et nobis conferant tue propitiationis auxilium. Per. Alia secreta de sancto melore

Presentia munera domine quesumus serena pietate intuere: ut sancti spiritus perfundantur benedictione quatenus valideant in nostris cordibus dilectionem infundant per quam sanctus melorus martyr tuus: omnia corporis tormenta deuicit. Per. eiusdem. Communio. Ego vos elegi de mundo: ut eatis: et fructum afferatis: et fructus vester maneat. Postcommunio

Repleti sacramento reparationis humane in festiuitate sanctorum confessorum tuorum remigij/germani/vedasti et bauonis quesumus domine deus noster: ut sicut munera nobis dignaris prebere celestia sic per eadem tribuas nos donis inherere celestibus. Per. Alia postcommunio de sancto meloro

Quos refecisti domine celesti mysterio ab omnibus quesumus propitiatus absolue delictis: ut intercedente beato meloro martyre tuo diuino munere purificatis mentibus perfruamur. Per dominum nostrum. Sancti leodegarij episcopi et mar. Officium



Sacerdotes dei benedicite dominum: sancti et humiles corde laudate deum. Psalmus. Benedicite omnia opera domini domino: laudate et superexaltate eum in secula. Oratio

Deus qui hodierna die beatum leodegarium martyrem tuum atque pontificem gloria et honore coronasti: tribue nobis propitius ut qui gloriam non meremur indulgentiam ipso interueniente consequamur. Per dominum. Ad tymotheum. ij.

Charissime. Memor esto iesum christum resurrexisse a mortuis ex semine dauid secundum euangelium meum: in quo laboro usque ad vincula quasi male operans sed verbum dei non est alligatum. Ideo omnia sustineo propter electos: ut et ipsi salutem consequantur/que est in christo iesu cum gloria celesti. Tu autem assecutus es meam doctrinam/institutionem/propositum/fidem/longanimitatem/dilectionem/patientiam/persecutiones/passiones/qualia mihi facta sunt antiochie/yconio/listris: quales persecutiones sustinui: et ex his omnibus me eripuit dominus. Et omnes qui pie volunt viuere in christo iesu: persecutionem patientur. Graduale. Inueni dauid seruum meum oleo sancto vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: et brachium meum confortabit eum. Versus. Nihil proficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis

tatis nō nocebit eū. Alla. V. Elegit te dñs si
bi in sacerdotē magnū in ppl'o suo. Euangel.
Qui vos audit. in cōi fo. iiij. Offr. Veri
tas mea et misericordia mea cum ipso: et in no-
mine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.
Presta q̄s dñe vt beati leodegarij
martyris tui atq; pōtificis suffra
gio/tua in nobis mūera tuearis: pro cu
ius honorāda cōfessiōe hostias laudis of-
ferimꝰ. p. Cōio. Btūs seruꝰ quē cū venerit
dñs inuenerit vigilantē: amē dico vobis: super
omnia bona sua constituet eum. Postcōio.
Refecti participatiōe muneris sa-
cri quesumꝰ dñe deus noster: vt
intercedente beato leodegario martyre
tuo atq; pontifice: cuius exequimur cul
tum sentiamus effectū. Per dñm nostrū
¶ Sancte fidis virginis et mart. Offi.
Loquebar de testimōijs tu
is in cōspectu regū et nō cō-
fundebar: et meditabar in
mandatis tuis q̄ dilexi ni-
mis. ps. Beati immaculati in
via: qui ambulant in legē domini. Oratio.
Deus q̄ presentē diē btē fidis vir-
ginis tue martyrio facis esse so-
lenne: presta ecclesie tue: vt cuiꝰ meritis
gloriatur: eius precibꝰ adiuuetur. Per
Epl'a. Dñe deus meus. in cōi fo. xi. Gr.
Specie tua et pulchritudine tua: intende pro
spere procede et regna. V. Propter veritatē et
mansuetudinē et iusticiā: et deducet te mirabi-
liter dextera tua. Alla. V. Hec est virgo sapi
ens: quā dñs vigilantē inuenit. Euan. Sile
est regnū celorū thesauro. in cōi fol. xiij.
Offr. Offerentur regi virgines post eā: pro
xime eius offerentur tibi. Secreta.
Suscipe dñe p̄ces et hostias meri-
tis btē fidis virginis ac marty-
ris tibi dicatas: ꝯcede: vt nobis eiꝰ sint
supplicatiōe salutares: cuius sunt vene-
ratiōe solēnes. Per. Cōio. Simile est re
gnū celorū homini negotiatori: querēti bonas
margaritas: inuēta vna p̄ciosa margarita: de-
dit omnia sua et comparauit eam. Postcōio.
Participatiōe sacri altaris refecti
tuā dñe miam suppliciter exora-
mus: vt qui hec in beate fidis virginis ꝛ
martyris tue veneratiōe percepimꝰ eiꝰ
nos cōfoueri suffragijs sentiamꝰ. Per.
¶ Sctōꝝ marci/marcelli/ꝛ apulei. offi.
Salus aūt iustorū a dño: ꝛ p-
tector eorū est in tp̄e tribu-
lationis. ps. Noli emulari in
malignātibus: neq; zelaueris fa
cientes iniquitatem. Oratio.
Sanctorū martyrū tuorū marci/
marcelli/ ꝛ apulei nos dñe quesu
mus btā merita prosequātur et tuo sem
per faciāt amore feruentes. Per. Epl'a.
Sctī per fidē. in cōi fol. vj. Gr. Iustorū
aīe in manu dei sunt: et nō tāget illos tormētū
malitie. V. Visi sunt oculis insipiētiū mori illi
autē sunt in pace. Alla. V. Mirabilis domi
nus noster in sctis suis. Euāge. Cū audieri-
tis. in cōi fol. vj. Offr. Exultabunt san-
cti in gloria letabuntur in cubilibus suis: exul-
tationes dei in faucibus eorum. Secreta.
Maiestatē tuā nobis dñe q̄s hec ho
stia immolāda reddat placatam
tuorū digna postulatiōe sctōrū: in quorū
ꝯmemoratiōe defertur. Per. Cōio. Iu
storū aīe in manu dei sunt: et nō tanget illos tor
mentū malitie: visi sunt oculis insipientiū mori
illi autem sunt in pace. Postcommunio.
Acceptis q̄s dñe mūiamur sacra
mētis: et sāctorū martyrū tuorū
marci/marcelli/et apulei meritis/cōtra
irruētes nequitias armis celestibꝰ pro-
tegamur. Per dñm nostrū. ¶ Sancti
Dionisij sociorūq; eius martyrū. Officiū
Intret in conspectu tuo
dñe gemitꝰ cōpeditorū/
redde vicinis nostris se-
ptuplū in sinu eorū: vindi
ca sanguinē sctōꝝ tuoꝝ q̄
effusꝰ est. p̄. Deꝰ venerūt
gētes in hereditatē tuā: polluerūt tēplū sanctū
tuū: posuerūt hierusalē i pomorū custodiā. Orō
Deus q̄ hodierna die beatū diony
siū virtute cōstātie in passione ro
borasti: quiq; illi ad predicādū gētibꝰ glo
riā tuā rusticū et eleuteriū sociare digna
tus es: tribue nobis q̄s: ex eorū imitatio
ne pro amore tuo p̄spera mūdi despice-
re: et nulla eiꝰ aduersa formidare. Per.

Lectio actuum apostolorum. xvij.

PAulus cũ athenis sylam ⁊ thymotheũ expectaret incitabatur spiritus eiꝰ in ipso: vidẽs idolatrie deditã ciuitatẽ. Disputabat ergo in synagoga cũ iudeis ⁊ idola colẽtibꝰ: et in foro per oẽs dies ad eos q̃ audierãt. Quidã autẽ epicurei et stoici/ philosophi et dionisiꝰ disserebãt cũ eo: et quidã dicebãt. Quid vult seminator verborũ hic disserere. Alij vero dicebant nouorũ demoniorũ videt̃ annunciator esse q̃a iesum ⁊ resurrectionẽ annũciabat eis. Et apprehensum eũ ad ariopagũ: duxerũt dicẽtes. Possumꝰ scire q̃ est hec noua/ que a te dicit̃/ doctrina Noua eñ quedã infers auribꝰ nr̃is: volumꝰ eñ scire q̃dnã velint hec esse. Athenięses aũt oẽs et aduene hospites/ cũ dionisio ad nihil aliud vacabãt: nisi aut discere aut aliq̃d audire noui. Stãs aũt paulus in medio ariopagi: ait. Uiri atheniẽses per oĩa quasi superstitiosos vos video. Preteriẽs eñ et vidẽs simulachra vestra: inueni et arã in qua scriptũ erat. Ignoto deo. Et q̃s est ille incognitꝰ deꝰ Nõ ergo ignorantes colitis: hoc ego annũcio vobis. Deus q̃ fecit mundũ ⁊ oĩa q̃ in eo sunt: hic celi et terre cũ sit dñs: nõ in manufactis tẽplis habitat/ nec manibꝰ hoĩs colit̃ indigẽs aliquo: cũ ipse det omnibus vitã et inspirationẽ ⁊ oĩa. Fecitq̃ ex vno omne genꝰ hoĩm inhabitare super vniuersam faciẽ terre: diffiniẽs statuta tẽpora: et terminos habitationis eor̃ querere deũ/ si forte attrectẽt eũ aut inueniant: q̃uis nõ lõge sit ab vno quoq̃ nostrũ In ipso eñ viuimꝰ et mouemur ⁊ sumꝰ sicut q̃dã vestrorũ poetarũ dixerũt. Ipsius eñ et creatura et genꝰ sumꝰ. Genus ergo cũ simꝰ dei: nõ debemꝰ estimare auro et argẽto/ aut lapide sculpture artis/ ⁊ cogitationis hoĩm diuinũ esse simile. Et tp̃a q̃dẽ huiꝰ ignorãtie despiciens deus nũc annũciat hoĩbus: vt oẽs vbiq̃ penitẽtiã agãt/ eo q̃ statuit diẽ: in qua iudicaturus est orbẽ in equitate in viro in quo statuit fidẽ prebẽs oĩbus suscitãs eũ a mortuis. Cũ audissent autẽ resurrectionem mortuorũ: q̃dã q̃dẽ irridebãt: quidã vero dixerũt. Audiemꝰ te de hoc iterũ. Sic paulꝰ exiuit de medio eor̃. Quidã vero viri adherẽtes ei/ crediderũt: in quibꝰ ⁊ dionisius ariopagita credidit in dñm iesum christũ. Gr. Gloriosus deus in sctis mirabilis in maiestate faciẽs p̃digia. V. Dextera tua dñe gl'ificata est in virtute: dextera manus tua cõfregit inimicũ. Alla. V. Iusti epulẽtur et exultẽt in cõspectu dei: et delectẽtur in letitia. Sequẽ. Ecce pulchra. in cõi fo. vj. Euã. Descẽdẽs iesꝰ de mõ. in cõi fo. vj. Offer. Letamini in dño et exultate iusti: ⁊ gloriamini omnes recti corde. Secreta

OFferẽdor̃ tibi munerũ deꝰ auctor et dator: p̃sta q̃s: vt hoc sacrificium singulare quod sctis tuis in passione contulit caritatẽ: nobis tribuat deuotionis presidiũ Per dñm. Cõio. Multitudo languẽtiũ et qui vexabãtur a spiritibus immũdis veniebãt ad eum: quia virtus de illo exibat et sanabat omnes. Postcommunio.

SUmpsimꝰ dñe votiua mysteria deprecãtes clemẽtiã tuã: vt eorũ nobis fiat dep̃catiõe salutaria: quorũ passionis celebramus gloriosa solẽnia. Per

℄ Scti gereõis sociorũq̃ eiꝰ mart. offi.

IUsti epulẽtur et exultẽt in cõspectu dei: et delectẽtur in letitia. Ps. Exurgat deꝰ ⁊ dissipẽtur inimici eiꝰ: ⁊ fugiãt q̃ oderũt eũ a facie eius. Oratio

PResta q̃s dñe: sicut sctor̃ũ martyrũ tuorũ gereõis/ victoris/ cassij/ florẽtij: sociorũq̃ eius nos natalitia celebrãda nõ deserunt: ita iugiter suffragijs comitẽtur. Per d. Ep'la. Scti per fidem in cõi fo. v. Gr. Iustorũ aĩe ĩ manu dei sunt et nõ tãget illos tormẽtũ malitie. V. Uisi sunt oculis insipiẽtiũ mori: illi aũt sunt in pace. Alleluya. V. Reddet deus mercedẽ laborũ sctõrũ suorũ: et deducet illos in via mirabili. Euã. Cũ audieri. ĩ cõi fol. vj. Offer. Mirabilis deꝰ ĩ sctis suis: deꝰ isrl' ipse dabit virtutẽ ⁊ fortitudinẽ plebi sue bñdictꝰ deus alla. Secreta.

MUnera plebis tue dñe q̃s beatorũ martyrũ tuorũ gereonis/ victorie cassij/ florentij/ sociorũq̃ eorũ fiãt ti-

vi grata suffragiis: vt quorum triumphi tuo nomini proferantur: ipsorum digna perficiantur et meritis. Per dñm. Cõio. Iustorum anime in manu dei sunt: et nõ tanget illos tormentũ malitie: visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. Postcõ.

Adesto dñe populo tuo cum sanctorũ tuorũ gereonis/victoris/cassij/florẽtij/ sociorũqꝫ eorũ patrocinio supplicanti: vt quod propria fiducia non presumit/suffragantium meritis consequatur. Per dñm nostrũ. ¶ Sancti nigasij sociorumqꝫ eius martyrũ Officiũ.

Sacerdotes eius induant salutare: ⁊ sctĩ eius exultatione exultabũt. ps. Memento domine dauid: ⁊ omnis mansuetudinis eius. Oratio.

Deus qui sanctã nobis huius diei solẽnitatem in honore sanctorũ martyrũ tuorum nigasij/quirini/ ⁊ scuuiculi consecrasti: adesto familie tue precibus/et dona: vt quorũ festa celebram⁹ eorũ meritis ⁊ auxilio subleuemur Per dñm. Epsa. Rememoramini. in cõi fol. v. Gr. Sacerdotes eius induant salutare: et sancti eius exultatione exultabũt. ℣. Illuc producã cornu dauid: paraui lucernã christo meo. Alla. ℣. Fulgebunt iusti ⁊ tanqꝫ scintille in arundineto discurrẽt in eternũ. Euang. Cũ persequẽtur vos. in cõi fo. vi. Offr. Exultabunt sancti in gloria: letabũtur in cubilib⁊ suis: exultationes dei in faucib⁊ eorũ. Secre.

Preces dñe tuorũ respice oblationesqꝫ fideliũ: vt et tibi grate sint pro tuorũ honore sanctorũ nigasij/quirini/et scuuiculi/et nobis conferãt tue propitiationis auxilium. Per. Cõio. Ego vos elegi de mundo vt eatis ⁊ fructũ afferatis et fructus vester maneat. Postcommunio.

Sanctorum martyrum tuorum/ nigasij/quirini/et scuuiculi / domine intercessione placatus: presta quesumus/vt que temporali celebramus actione: perpetua saluatione capiamus. Per dñm nostrũ iesum christũ filiũ. ⁊c. ¶ In translatione sancti edwardi regis et confessoris. Ad missam Officium.



Gaudeam⁹ oẽs in dño diẽ festũ celebrantes sub honore edwardi cõfessoris/de cui⁹ trãslatiõe gaudẽt angeli/ et collaudãt filium dei. ps. Exultate iusti in domino rectos decet collaudatio. Oratio

Deus q̃ beatũ regẽ edwardũ cõfessorẽ tuũ eternitatis gloria coronasti: fac nos q̃s ita eũ venerari in terris vt cũ eo regnare possim⁹ in celis. Per d. Epsa. Iustus cor suum. in cõi fol. x. Gr. Dñe preuenisti eũ in benedictionib⁊ dulcedinis: posuisti in capite eius coronã de lapide precioso. ℣. Vitã petijt et tribuisti ei longitudinẽ dierũ in seculũ sẽli. Alla. ℣. Iust⁊ germinabit sicut liliũ: ⁊ florebit ineternũ ante dñm. Sequẽtia. Adest nobis. in cõi fo. ix. Euãge. Nemo accendit. in cõi fo. x. Credo Offr. Posuisti dñe in capite ei⁊ coronã de lapide p̃cioso: vitã petijt a te et tribuisti ei alla. Secr.

Sacris altarib⁹ assistẽtes nos dñe q̃s spũs sctĩ luce perfunde: vt q̃d tibi in honore beati regis edwardi deuote offerim⁹: nobis ipso interueniẽte fiat remediũ salutare. Cõio. Magna est gloria ei⁊ in salutari tuo: gloriã et magnũ decorẽ impones super eum domine. Postcõmunio.

Uitalis alimonie cõuiuio saginati q̃s dñe de⁹ noster: vt bti regis edwardi cõfessoris tui suffragãtib⁹ meritis celestis cõuiuij mereamur esse participes. Per. Uel dicũtur ad mis. de sctõ edwardo i trãsla. eiusdẽ he tres orones.

Omnipotens sempiterne de⁹ / q̃ beatũ regẽ edwardũ sctõrũ collegio sociasti: cõcede ꝓpitius vt q̃ gl'iose trãslatiõis eius recolim⁹ insignia: ipsi⁹ apud te sentiamus patrocinia. Per dñm. Secreta

Quos bti regis edwardi trãslatio sctã letificat/tua nos dñe grã reddat letiores: ⁊ tribuat i hoc sacrificio presentie tue dulcedinẽ toto corde sentire. q̃ Postcõ.

Ut nobis salutẽ conferãt sacramẽta q̃ sumpsim⁹ beatissi-

mus rex edwardus cõfessor tuus domine pro nobis intercessor existat: de cuius veneranda translatione tribuis nos annua deuotiõe letari. Per dñm nostrum

¶ Scti calixti pape et martyr. Offiñ.



Sacerdotes dei bñdicite dominũ: scti et humiles corde laudate deũ. Ps. Bñdicite oĩa opera dñi dño: laudate et superexaltate eũ in secula. Glia. Oro.

Deus q̃ nos cõspicis ex nostra infirmitate deficere: ad amorẽ tuũ nos misericorditer per scti calixti martyris tui atq; põtificis exempla restaura. Per. Epl̃a. Doctrinis variis. in cõi. fol. viii. Gr. Inueni dauid seruũ meũ oleo sancto meo vnxi eũ: manus eñ mea auxiliabitur ei: et brachiũ meũ cõfortabit eum. V. Nihil proficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis non nocebit eũ. Alla. V. Elegit te dñs sibi in sacerdotem magnũ in populo suo. Euange. Uigilate q̃a nescitis. in cõmuni fo. ix. Offr. Ueritas mea et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Mistica nobis dñe psit oblatio: q̃ per scti calixti meritũ nos et a reatib9 nr̃is expediat / et ppetua saluatione cõfirmet. Per. Cõio. Beatus seruus quẽ cũ venerit dñs inuenerit vigilantẽ: amen dico vobis: super oĩa bona sua cõstituet eum. Postcõ.

Presta dñe q̃s vt cui9 passiõis memoriã sacramẽti participatiõe recolim9: fidẽ perficiẽdo sectemur. Per d.

¶ Sancti wlfranni epi et cõfesso. Offo.



Statuit ei dñs testamẽtum pacis: et principẽ fecit eũ vt sit illi sacerdotij dignitas / in eternum. Ps. Mias domini in eternũ cantabo. Oratio.

Da q̃s oĩs deus: vt bti wlfrãni cõfessoris tui atq; põtificis venerãda solẽnitas: et deuotionẽ nobis augeat et salutẽ. Per. Epl̃a. Ecce sacerdos magnus. in cõi fo. viii. Gr. Dñe preuenisti eũ in bñdictionib9 dulcedinis: posuisti in capite ei9 coronã de lapide p̃cioso. V. Uitã petijt et tribuisti ei: longitudinẽ dierũ in sclm scli. Alla. V. Iust9 germinabit sicut liliũ: et florebit in eternũ ante dñm. Seque. Adest nobis. vel alma cohors. in cõi fo. ix. Euãg. Homo quidam peregre. in cõi fo. ix. Offr. Ueritas mea et misericordia mea cũ ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Respice q̃s munera ppl̃i tui in scti wlfrãni confessoris tui atq; põtificis honore oblata: et tue testificatio veritatis nobis proficiat ad salutem. Per d. Cõio. Beatus seruus quẽ cũ venerit dñs inuenerit vigilantem: amẽ dico vobis: super omnia bona sua constituet eum. Postcõmunio.

Quos tuis dñe reficis sacramẽtis scti wlfrãni cõfessoris tui atq; põtificis / attolle benign9 suffragijs: vt nostre redemptionis effectum a mysterijs capiamus: et moribus. Per dominum.

¶ Sancti michaelis in mõte tũba. Offi.



Benedicite dñm / oẽs angeli ei9 potentes virtute: q̃ facitis verbũ ei9 ad audiendã vocẽ sermonũ eius. Ps. Benedic aĩa mea dño: et oĩa q̃ intra me sũt noĩ scõ eius. Kyrie rex splẽ. et dicitur absq; V. Oratio.

Deus q̃ miro ordine angelorũ ministeria hoĩmq; dispẽsas: cõcede ppitius: vt a q̃bus tibi ministrãtib9 in celo semp assistit: ab his i terra vita nostra muniatur. Per. Lectõ libri apocalip. xii.

Factũ est preliũ magnũ in celo: michael et angeli eius preliabantur cũ drachone. Et dracho pugnabat et angeli eius: et nõ pualuerũt / neq; loc9 inuẽtus est eorũ ampli9 in celo. Et piect9 est dracho ille magn9 serpẽs antiquus q̃ vocatur diabolus et sathanas / q̃ seducit vniuersum orbẽ: et piect9 est in terrã / et angeli ei9 cũ illo missi sunt. Et audiui vocẽ magnã in celo dicentẽ. Nũc facta est salus et virtus et regnũ dei nr̃i / et potestas xp̃i ei9: q̃a piect9 est accusator fratrũ nostrorũ q̃ accusabat illos ante cõspectũ dei nostri die ac nocte. Et ipsi vicerũt illũ ppter sanguinẽ agni: et ppter verbũ testi-

monij sui/ et nō dilexerūt aīas suas vsqz
ad mortē. Propterea letamini celi: et q̄ ha
bitatis in eis. Gr. Bn̄dicite dn̄m oēs ange
li eius: potētes virtute q̄ facitis verbū eius. V.
Benedic aīa mea dn̄o: et oīa interiora mea no
men sctm̄ ei9. Alla. V. Cōcussum est mare et
cōtremuit terra vbi archāgelus michael descen
debat de celo nō dr̄ sequē. Euā. Accesserūt
discipuli. vt s. in alio festo. Credo. Offr.
Stetit angelus iuxta arā tēpli habens thuri
bulum aureū in manu sua: et data sunt ei incen-
sa multa/ et ascendit fumus aromatum in con-
spectu dei allelupa. Secreta.
Munus ppl̄i tui q̄s dn̄e dignanter
assume: qd̄ tibi non nr̄is meritis/
sed scti archāgeli tui michaelis oīmqz btō
rū spirituū dep̄catione sit gratū. p. Pre-
fa. quotid. Cō. Bn̄dicite oēs angeli dn̄i dn̄o
hymnū dicite et superexaltate eū in scl̄a. Postcō.
Beati archangeli tui michaelis in-
teruētiōe suffulti supplices te dn̄e
deprecamur vt quos honore psequimur/
cōtingamus et mēte. Per. Scte ethel
drede virginis nō martyris. Officium.
Dilexisti iustitiā et odisti ini-
quitatē propterea vnxit te
deus deus tuus oleo letitie
pre cōsortibus tuis. ps. Eru-
ctauit cor meum verbū bonum:
dico ego opera mea regi. Oratio.
Omnip̄s sempiterne deus auctor vir
tutis et amator v̄ginitatis: da no
bis q̄s scte etheldrede virginis tue placa
tis tibi meritis cōmēdari cui9 vita meri
to castitatis tibi cōplacuit. p. Ep̄la. Qui
gloriat̄ in cōi fo. xij. Gr. Dilexisti iustitiā
et odisti iniq̄tatē. V. Propterea vnxit te deus/
deus tu9 oleo letitie. Alla. V. Diffusa est grā
in labijs tuis ppterea bn̄dixit te deus ineternū.
Sequēa. Virginis venerā. In cōi fo. xij
Euāge. Simile est regnū celorū decē. in cōi
fo. xij. Offr. Offerentur regi virgines post
eam proxime eius offerētur tibi. Secreta.
Offerimus tibi dn̄e preces et mune
ra in honore scte etheldrede virgi-
nis tue gaudētes: p̄sta q̄s: vt et cōuenien
ter hec agere et remediū sempiternū va
leamus acquirere. Per dn̄m nr̄m. Cōio

Diffusa est gratia in labijs tuis propterea be
nedixit te deus ineternum. Postcōmunio.
Prosit nobis dn̄e q̄s sumpta miste
ria pariterqz nos intercedēte btā
virgine tua etheldreda et a pctis exuāt/
et p̄sidijs tue ppitiationis attollāt. Per
Sancti luce euangeliste. Officium.
Os iusti meditabit̄ sapiētiā
et lingua eius loquet̄ iudi-
ciū lex dei eius in corde ipsi
us. ps. Noli emulari in ma-
lignantibus neqz zelaueris faci-
entes iniquitatem. Oratio.
Interueniat pro nobis dn̄e q̄s san
ctus lucas euangelista qui crucis
mortificationē iugiter in suo corpore pro
tui nominis honore portauit. Per dn̄m.
Memoria de sancto iusto. Oratio.
Deus q̄ beato iusto talē fortitudi-
nē tribuisti vt in puerili corpuscu
lo gloriosum pro tuo amore subiret mar
tyriū: cōcede ppitius: vt ipsius intercedē
tibus meritis: ab oīnibus nos absoluas
pctis. Per. Ep̄la. Similitudo vultus. in
cōi. fo. ij. Gr. Os iusti meditabit̄ sapiētiā et
lingua ei9 loquet̄ iudiciū. V. Lex dei ei9 in corde
ipsi9: et nō supplātabunt̄ gressus ei9. Alla. V.
Primus ad syō dicet ecce assū et hierl̄m euāgeli-
stam dabo. Sequētia. Laus deuota. In
cōi fol. ij. Euāge. Designauit dn̄s. in cōi
fo. ij. Credo. Offr. Posuisti dn̄e in capite
eius coronam de lapide precioso: vitam petijt a
te et tribuisti ei allelupa. Secreta.
Donis celestibus da nobis q̄s dn̄e
libera mēte seruire vt munera q̄
deferimus interueniēte beato luca euā-
gelista: et medicinā nobis operent̄ et glo
riā. Per dn̄m. Alia secreta de sctō iusto.
Sicut diuine potētie gloriā mune
ra pbti iusti martyrio oblata te-
stātur: sic nobis effectū dn̄e q̄s tue saluta-
tionis impendāt. Per. Prefa. Et te dn̄e.
Nō dr̄ in hac p̄fatione. Per btōs euāgeli
stas. sed Per btōs ap̄los. Cō. Magna est
gloria eius in salutari tuo: gloriā et magnū deco
rem impones super eum domine. Postcōio.
Presta q̄s oīps deus vt id quod de
sctō altari tuo pcipimus: p̄cibus

vti euangeliste tui luce saluificet aias nostras per qđ semp tuti esse possim⁹. Per dñm. Alia postcõmunio de sancto iusto.

Refecti dñe benedictione celesti q̃s vt per intercessiõe beati iusti martyris tui medicina sacramẽti et corporibus nr̃is prosit & mẽtibus. Per. ¶ Scẽ fredeswide virginis nõ marty. Offm.



Dilexisti iustitiã et odisti iniq̃tatẽ/ ppterea vnxit te de⁹: deus tu⁹ oleo letitie p̃ cõsortibus tuis. P̃s. Eructauit cor meũ verbũ bonũ dico ego opera mea regi. Gloria patri et filio et spũi sctõ. &c. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus auctor virtutis/ et amator virginitatis da nobis q̃sumus sancte fredeswide virginis tue placitis tibi meritis cõmendari/ cuius vita merito castitatis tibi cõplacuit. Per dñm. Ep̃la. Qui gloriatur In cõi fo. xij. Gr. Dilexisti iustitiã et odisti iniq̃tatẽ. V̄. Propterea vnxit te de⁹ deus tuus oleo letitie. Alla. V̄. Diffusa est gratia in labijs tuis ppterea benedixit te deus ineternũ. Sequẽ. Virginis venerande. in cõi fo. xij. Euãge. Simile est regnũ celorũ decẽ virgi. In cõi fo. xij. Offr. Offerẽtur regi virgines post eã, proxime ei⁹ offerent̃ tibi. Sec.

Offerimus tibi dñe p̃ces & mũera in honorẽ scẽ fredeswide virgis tue gaudẽtes: p̃sta q̃s: vt & cõuenienter hec agere et remediũ sẽpiternũ valeam⁹ acq̃rere. p. Cõ. Diffusa est grã in labijs tuis ppterea benedixit te deus ineternũ. Postcõio.

Prosint nobis dñe q̃s sumpta mysteria/ paritercq̃ nos intercedẽte btã virgie tua fredeswida et a pctis exuant & presidijs tue propitiatiõis attollãt Per dñm. ¶ Sanctarũ vndecim miliũ virginum et martyrum. Officium.



Vultũ tuũ deprecabunt̃ oẽs diuites plebis: adducentur regi virgies post eã: pxime ei⁹ adducent̃ tibi in letitia & exultatiõe. P̃s. Eructauit cor meũ vbũ bonũ dico ego opa mea regi. Gl̃ia &c. Oratio.

Deus q̃ sctãm nobis huius diei solennitatẽ pro btãrũ virginũ martyrũq̃ tuarũ gl̃iosa passiõe fecisti adesse familie tue p̃cibus et da: vt quarũ hodie festa celebram⁹: meritis & intercessionibus adiuuemur. Per do. Ep̃la. O q̃ pulchra est casta gene. in cõi fo. xiij. Gr. Exultabũt sancti in gloria: letabunt̃ in cubilibus suis. V̄. Cãtate dño canticũ nouũ: laus eius in ecclesia sanctorũ. Alla. V̄. Adducẽtur regi virgines post eã proxime eius adducẽtur tibi in letitia. Euãge. Simile est regnũ celorũ de. In cõi fo. xij. Offr. Offerent̃ regi v̄gines post eam: proxime eius offerentur tibi. Secreta.

Presentia munera q̃s dñe ita serena pietate intuere vt scti sp̃us perfundant̃ bñdictione/ vt in nr̃is cordibus eã dilectionẽ auidius capiam⁹: per quã scẽ v̄gines martyresq̃ tue oia corporis tormẽta deuicerũt. Per dñm. I vnitate eiusdẽ. Cõio. Quinq̃ prudẽtes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus media aũt nocte clamor factus est: ecce sponsus venit exite obuiam christo dño. Postcõio.

Sumpsimus domine sanctarũ solennitate celestia sacramẽta quarum suffragijs quesumus largiaris: vt quod tẽporaliter gerimus: eternis gaudijs consequamur. Per dominũ nostrũ. ¶ Sancti romani rothomagẽsis archiepi et cõfessoris. Ad missam. Officium.



Statuit ei dñs testamentũ pacis et principẽ fecit eũ vt sit illi sacerdotij dignitas ineternum. P̃s. Misericordias domini ineternum cantabo. Oratio.

Deus cui beatus romanus pontifex ita sanctitatis gratia decoratus complacuit: vt tuorũ consortiũ in celis promereret̃ sanctorũ: da ecclesie tue quesumus eius interuẽtu perpetuã consequi letitiã: cuius depositionis diẽ gratulãdo celebrat solennẽ. Per do. Ep̃la. Iustũ deduxit dñs p vias. In cõi fo. viij Gr. Ecce sacerdos magnus qui in dieb⁹ suis placuit deo. V̄. Non est inuentus similis illi: qui cõseruaret legẽ excelsi. Alleluya. V̄. Iurauit

laudo seruũ meum: oleo sancto meo vnxi eum. Euãge. Uigilate q̄a nescitis. in cõi. fo. ix. Offr. Ueritas mea et mĩa mea cũ ipso: et in noĩe meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

SAcrificium deuotionis nostre q̄s omnipotẽs deus clemẽter respice et intercessione btĩ romani cõfessoris tui atq₃ pontificis: per hoc nobis salutẽ mentis et corporis benignus impende. Per dñm. Cõio. Fidelis seruus et prudens quẽ cõstituit dominus super familiã suã: vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcõmunio.

COncede quesumus dñe deus noster: vt mysteria sancta que sumpsimus: intercedẽte beato romano confessore tuo atq₃ pontifice: ⁊ gratiã nobis deuotionis obtineant/ ⁊ affectum beate perennitatis acquirant. Per dominum

¶ Sctõrũ crispini ⁊ crispinia. m̃. Offiñ.

SAlus aũt iustorum a dño: et protector eorũ est in tẽpore tribulatiõis. ps. Noli emulari in malignãtib⁊: neq₃ zelaueris facientes iniquitatẽ. Oratio.

DEus qui sanctis martyribus tuis crispino: et crispiniano coronam martyrũ prestitisti: cõcede q̄s: vt eorum intercessione veniã cõsequamur delictorũ: et eterna gaudia beatorũ. Per dñm.

Memoria de translatiõe sctĩ iohãnis de beuerlaco episcopi et cõfessoris. Oratio.

DEus qui hunc diẽ sctĩssimi iohannis confessoris tui atq₃ pontificis translatiõe decorasti: fac nos q̄s eius meritis et precibus sctõrũ tuorum societate trãsferri. Per. Epla. Spectaculũ facti. in cõi. fo. iij. Gr. Ecce q̄₃ bonũ ⁊ q̄₃ iocundũ habitare fratres in vnũ. ℣. Sicut vnguẽtũ in capite: qḋ descẽdit in barbã barbã aarõ. Alla. ℣. Justi epulẽtur et exultẽt in conspectu dei: et delectẽtur in letitia. Seq̄. Ecce pulchra. in cõi. fo. vi. Euã. Ecce ego mitto. i cõi. fo. j. Offr. Gloriabũtur in te oẽs q̄ diligũt nomen tuũ dñe: quoniã tu benedices iusto: dñe vt scuto bone voluntatis tue coronasti nos. Secreta.

COncede q̄sumus omnipotẽs deus vt his muneribus que pro sctõrũ martyrũ tuorũ crispini et crispiniani honore deferimus: et te placemus exhibitis/ et nos viuificemur acceptis. Per d.

¶ Alia secreta de sancto Johanne.

REspice q̄s dñe propitius ad humilitatis nostre simplicem seruitutẽ et intercedẽte beato iohãne cõfessore tuo atq₃ põtifice/ cuius translationẽ celebramus: hostias quas in honore eius sacris altarib⁹ immolamus benignus assume. Per. Cõio. Et si corã hoibus tormẽta passi sunt/ de⁊ tẽtauit eos: tanq̄₃ aurũ in fornace pbauit eos: ⁊ quasi holocausta accepit illos. pstcõ.

SAnctorũ martyr̄ tuor̄ crispini et crispiniani q̄s dñe precibus adiuuemur: ⁊ eor̄ solẽnia sacris mysterijs celebrãtes: fac nos tuo noie semp̄ esse deuotos. Per. Alia postcõio de sctõ iohanne.

PResta nobis dñe quesumus beati iohannis cõfessoris tui atq₃ pontificis meritis ⁊ precibus adiuuari/ vt qḋ presentibus celebram⁹ officijs: eius suffragio perpetue saluatiõis gaudijs assequamur. Per dñm nostrũ.

¶ In vigilia apostolorum symonis ⁊ iude. Officium

INtret in conspectu tuo dñe gemitus cõpeditor̄: redde vicinis nr̃is septuplũ in sinu eoru₃ vindica sanguinẽ sctõrũ tuor̄ qui effus⁹ est. ps. De⁊ venerũt gẽtes in hereditatẽ tuã: polluerũt templũ sctũ tuũ: posuerũt hi̇̄rlm in pomor̄ custodiã. Orõ.

COncede q̄s omnipotens deus vt sicut apl̄orũ tuorũ symonis et iude gloriosa natalitia preuenim⁹: sic ad tua bñficia promerẽda maiestatẽ tuã pro nobis ipsi preueniãt. Per. Epla. Justor̄ aie. in cõi. fol. v. Gr. Uindica dñe sãguinẽ sctõrũ tuor̄: q̄ effusus est. ℣. Posuerũt mortalia seruorũ tuor̄ escas volatibus celi: carnes sctõrum tuorũ bestijs terre. Si hec vigi. in do. euenerit dicit̄. Alla. ℣. Scti tui dñe florebũt sicut lilii: et sicut odor balsami erũt ante te. Euãge. Ego sum vitis vos pal. in cõi. fo. j. Offr. Exultabũt scti in gloria: letabunt̄ in cubilib⁊ suis: exultatiões dei in faucib⁊ eor̄. Secreta.

ACcepta tibi sit quesumus domine nostre deuotionis oblatio/ et

ad apostolicā purioꝛes nos faciat perue- nire festiuitatē. Per. Pꝛefa. quotid. Cō.

I ustorum anime in manu dei sunt: et nō tan- get illos tormentū malitie: visi sunt oculis insi- pientiū mori: illi autem sunt in pace. Postcōio.

Q Uesumus dñe salutaribus reple- ti mysterijs: vt quoꝝ ieiunando solennia pꝛeuenimus: eoꝛum oꝛonibus adiuuemur. Per dominū nostrū iesum.

In die apostoloꝝ symonis ꝛ iude. Offm.



Mihi aūt nimis honoꝛati sunt amici tui de⁹: nimis cōfoꝛtatus est pꝛincipat⁹ eoꝛū. ps. Dñe probasti me: et cognouisti me: tu cognoui- sti sessionem meam et resur- rectionem meam. Oꝛatio.

D Eus q̄ nos per btōs apłos tuos symonē et iudā ad agnitionē tui nōis venire tribuisti da nobis eoꝝ gloꝛiā sempiternā et pficiēdo celebꝛare: ꝛ cele- bꝛādo proficere. Per. Ad romanos. viij.

F Ratres. Scimus q̄ñ diligētibus deū oīa cooperātur in bonū: his q̄ scdm ppositū vocati sunt sctī. Nā quos pꝛesciuit et pꝛedestinauit cōfoꝛmes fieri imaginis filij sui: vt sit ipse pꝛimogenit⁹ in multis fratrib⁹. Quos aūt pꝛedestina uit hos ꝛ vocauit. Et quos vocauit: hos ꝛ iustificauit. Quos aūt iustificauit: illos et magnificauit. Quid ergo dicemus ad hec. Si deus pꝛo nobis / q̄s contra nos. Qui etiā pprio filio suo nō pepercit: sed pꝛo nobis oībus tradidit illū. Quomodo nō etiā cū illo oīa nobis donauit. Quis accusabit aduersus electos dei. Deus q̄ iustificat. Quis est q̄ condēnet. Xp̄s ies⁹ qui moꝛtuus est: imo q̄ et resurrexit: qui est ad dexterā dei: q̄ etiā interpellat pꝛo nobis. Quis ergo nos separabit a chari- tate xp̄i. Tribulatio / an angustia / an p- secutio / an fames: an nuditas / an pericu lū / an gladius. Sicut scriptū est. Quia ppter te moꝛtificamur tota die: estima- ti sumus sicut oues occisiōis. Sed in his oībus supam⁹: ppter eū qui dilexit nos. Certus sum eñ q̄a neqꝫ moꝛs / neqꝫ vita neqꝫ angeli / neqꝫ pꝛincipatus / neqꝫ pote- states / neqꝫ virtutes / neqꝫ instātia / neqꝫ futura / neqꝫ foꝛtitudo / neqꝫ altitudo / ne qꝫ pꝛofundū / neqꝫ creatura alia poterit nos separare a charitate dei. Que est in xp̄o iesu dño nr̄o. Gr. Nimis honoꝛati sūt amici tui de⁹: nimis cōfoꝛtatus est principatus eoꝛū. ℣. Dinumerabo eos: ꝛ super arenā multi plicabunt. Alla. ℣. Nō vos me elegistis: sed ego vos elegi ꝛ posui vos vt eatis ꝛ fructū affe ratis: ꝛ fruct⁹ vester maneat. Seqñ. et Euā ge. Hec mādo vobis vt diliga. in coi. fo. ij. Credo. Offr. In oēm terram exiuit son⁹ eoꝝ: et in fines oꝛbis terre verba eoꝝ. Secre.

G Loꝛiā dñe sctōꝝ tuoꝝ apłoꝝ sy- monis ꝛ iude perpetuā venerātes q̄s: vt eandē sacris mysterijs expiati: di gni⁹ celebꝛem⁹. p. Pꝛefa. Et te do. Cōio.

Uos q̄ secuti estis me: sedebitis super sedes iu dicātes duodeci trib⁹ isrl' dicit dñs. Postcōio.

S Anctificato diuino mysterio q̄s: omnipotens deus: vt pꝛo nobis eoꝛum non desit oꝛatio: quoꝛū nos dona sti patrocinio gubernari. Per dominū.

¶ In vigilia omnū sanctoꝛū. Officium



Timete dñm oēs sctī ei⁹: quā nihil deest timētibus eū / di uites eguerūt et esurierūt: inq̄rentes dñm nō deficiēt oīni bono. ps. Bñdicā dñm in oīni tēpoꝛe: semp laus eius in oꝛe meo. Oꝛatio

D Omie de⁹ noster multiplica sup nos gratiā tuā ꝛ sctōꝝ tuoꝝ quo rū puenim⁹ gloꝛiosa solēnia: tribue sub- sequi sctā pfessione letitiā. Per. Nulla fi at mēo. Lctō libꝛi apoca. btī iohā. apłi. v.

I N diebus illis. Ecce ego iohānes vidi i medio thꝛoni et quatuoꝛ ani maliū: et in medio senioꝛū agnum stantē tanq̄ occisum habentē coꝛnua septem / ꝛ oculos septē q̄ sunt septē spūs dei missi in oēm terrā. Et venit ꝛ accepit: de dextera sedētis in thꝛono libꝛū. Et cū aperuisset libꝛum: quatuoꝛ animalia ꝛ viginti qua tuoꝛ senioꝛes ceciderunt coꝛam agno ha bentes singuli cytharas ꝛ phialas aure as plenas odoꝛamentoꝛū / q̄ sunt oꝛones sanctoꝛū. Et cantabāt canticū nouū dicē tes. Dignus es domine deus noster ac-

cipere librum: et aperire signacula eius/ quoniã occisus es/ et redemisti nos deo in sanguine tuo ex omni tribu et lingua/ et populo: et natiõe. Et fecisti nos deo nostro regnũ et sacerdotes: et regnabũt super terrã. Et vidi/ et audiui vocẽ angelorũ multorũ in circuitu throni et aialiũ: et seniorũ: et erat numerus eorũ milia milium voce magna dicentium. Dignus est agnus qui occisus est accipere virtutẽ: et diuinitatẽ et sapientiã/ et fortitudinẽ/ et honorẽ: et gloriã/ et benedictionem: in secula seculorũ amen. Gr. Exultabunt sancti in gloria: letabũtur in cubilibus suis. V. Cãtate domino canticum nouum: laus eius in ecclesia sanctorũ. Si hec vigilia in dñica euenerit: dicitur missa de vigil. in capitulo cũ hoc. Alla. V. Mirabilis dñs noster in sanctis suis. Et tũc ad magnã missaz que erit de dñica fiat memoria de sancto quintino cũ hac oratione. Deus qui ecclesiam. cum Secreta et Postcõione. Quere post istud officiũ. Secundũ iohannem. xvii.

IN illo tpe. Respiciens iesus in discipulos suos/ dixit. Pater sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi: vt sint vnũ sicut et nos. Cũ essem cum eis: ego seruabã eos in nõie tuo. Quos dedisti mihi ego custodiui: et nemo ex eis periit nisi filius perditionis/ vt scriptura impleatur. Nũc aũt ad te venio/ et hec loquor in mundo: vt habeãt gaudiũ meũ impletũ in semetipsis. Ego dedi eis sermonẽ tuũ/ et mundus eos odio habuit/ quia nõ sunt de mundo sicut et ego non sum de mundo. Non rogo vt tollas eos de mũdo sed serues eos a malo. De mũdo non sunt/ sicut et ego non sum de mũdo. Sanctifica eos in veritate: sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mũdum: et ego misi eos in mũdum. Et pro eis ego sanctifico meipsum: vt sint et ipsi sanctificati in veritate. Non pro his aũt rogo tantum: sed et pro eis qui credituri sunt per verbũ illorũ in me/ vt omnes vnũ sint sicut tu pater in me et ego in te/ vt et ipsi in nobis vnũ sint/ vt credat mũdus quia tu me misisti. Et ego claritatẽ quam dedisti mihi dedi eis: vt sint vnũ sicut et nos vnũ sumus. Ego in eis et tu in me: vt sint consummati in vnum. Et cognoscat mundus: quia tu me misisti/ et dilexisti eos sicut et me dilexisti. Pater quos dedisti mihi/ volo vt vbi ego sũ et illi sint mecum: vt videant claritatem meam quam dedisti mihi: quia dilexisti me ante mundi constitutionem. Pater iuste/ mundus te non cognouit: ego aũt te cognoui. Et hi cognouerunt quia tu me misisti: et notum feci eis nomẽ tuum et notum faciam. Ut dilectio qua dilexisti me in ipsis sit: et ego in eis. Offertoriũ. Letamini in domino et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde. Secreta.

ALtare tuum domine muneribus cumulam⁹ oblatis: da quesum⁹ vt salutem nostram omnium sanctorum tuorum precatione proficiant: quorum solennia ventura precurrimus. Per dominum nostrum. Cõmunio. Iustorum anime in manu dei sunt: et non tanget illos tormentum malitie: visi sunt oculis insipientiũ mori: illi autem sunt in pace. Postcõmunio.

SAcramentis domine et gaudiis optate celebritatis expletis quesumus: vt eorum precibus adiuuemur: quorum recordationibus exhibentur. Per. De sancto quintino mar. Oratio.

DEus qui ecclesiam tuam annua beati quintini martyris tui solẽnitate letificas: cõcede propitius: vt qui memoriam illius digna seruitute veneramur intercessorẽ eum semper apud te habere mereamur. Per. Secreta.

IN veneratiõe beati quintini martyris tui omnipotens deus: tibi laudis hostiam immolamus orantes: vt ipse pro nobis intercessor existat: q̃ pro tuo nomĩe gloriosa morte occubuit. Per dominum nostrum iesum. Postcõmunio.

PErcipiat domine quesum⁹ plebs tua/ intercedente beato quintino martyre tuo: misericordiam quam deposcit: vt tuis semper digna inueniatur sacramentis. Per dominũ nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum.



In die oīm sctorū. Ad missam. Offiū.



Gaudeamus omnes in domino diē festum celebrantes sub honore omniū sanctorū/ de quorū solēnitate gaudent angeli: et collaudāt filium dei. ps. Exultate iusti in domino; rectos decet collaudatio. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus/ qui nos oīm sanctorū merita sub vna tribuisti celebritate venerari: q̄s: vt desideratā nobis tue ꝓpitiationis abūdātiam multiplicatis intercessoribus largiaris. Per. Lctō libri apoca. bti iohā. apli. vij.

Ecce ego iohānes vidi angelū ascēdentē ab ortu solis habentē signū dei viui. Et clamauit voce magna quattuor angelis: q̄bus datū est nocere terre et mari dicēs. Nolite nocere terre ꝛ mari: neqꝫ arboribus: quoadusqꝫ signemus seruos dei nr̄i in frontibus eorū. Et audiui numerū signatorꝫ/ centū quadraginta quatuor milia signati ex omni tribu filiorū isrl̄. Ex tribu iuda/ duodecim milia signati. Ex tribu ruben: duodecim milia signati. Ex tribu gad: duodecim milia signati. Ex tribu aser duodecim milia signati. Ex tribu neptalim: duodeci milia signati. Ex tribu manasse: duodeci milia signati. Ex tribu symeon: duodeci milia signati. Ex tribu leui: duodecim milia signati. Ex tribu isachar duodecim milia signati. Ex tribu zabulon: duodeci milia signati. Ex tribu ioseph duodeci milia signati. Ex tribu bēiamin: duodecim milia signati. Post hec vidi turbā magnā quā dinumerare nemo poterat: ex oībus gētibus ꝛ tribubꝰ et pplis ꝛ linguis stātes ante thronū: ꝛ in cōspectu agni amicti stolis albis/ et palme in manibꝰ eorꝫ. Et clamabāt voce magna: dicētes. Salus deo nr̄o: q̄ sedet super thronū ꝛ agno. Et oēs angeli stabāt in circuitu throni ꝛ seniorū et quatuor aialiū. Et ceciderūt in cōspectu throni in facies suas ꝛ adorauerūt deū dicētes amen. Bn̄dictio/ ꝛ claritas/ et sapientia ꝛ gratiarū actio: honor ꝛ virtus et fortitudo deo nostro: in secula seculorꝫ amen. Gr. Timete dn̄m oēs sci eius quoniā nihil deest timētibus eū. V. Inquirētes autē dn̄m: nō deficient omni bono. Alla. V. Iudicabunt sancti natiōes et dn̄abūtur populis et regnabit illorū rex in eternū. Sequentia.

Christo inclyto candida nostra canāt melodia agmina. Laudes ꝛ oīb⁹ dantiā sctis per hec sacrata festalia. Mariā primū: vox sonet nr̄a/ ꝑ quā nobis vite sunt data premia. Regina q̄ es mater et casta/ solue nr̄a per filiū peccamia. Angelorū cōcio sacra: ꝛ archāgelorū turma inclyta. Nostra diluāt iam pctā: prestando supera celi gaudia. Tu ꝓpheta preco lucerna atqꝫ plusq̄ propheta. In lucida nos pone via mundās nr̄a corpora. Apostolorū princeps oīm: atqꝫ cūcta iuncta caterua. Iā corroborā vera q̄s in doctrina plebis pectora. Stephane gloriose rutilās in corona: sctorūqꝫ martyrū turma inclyta. Fortia date corda/ corpora eque firma: sacra vt hostem vincant rite spicula. Martine inclyte presulūqꝫ oīs caterua.

Suscipe nunc pia modo nostra ... precata. Regina virginũ premaria ... mater incorrupta virgo & gravida. ... crata domino & castas nostras serva an... mas: mundaq3 corpora. Monachorũ ve nerãda suffragia. Omniũq3 sanctorũ cõ tubernia. Per precata assidua nostra gu bernẽt tempora. Nosq3 ducant ad super na polorũ vera gaudia. Subiungant pi um agmina: amen redempta. ¶ Sequẽ tia sancti evangelii secundũ matheũ. v.

IN illo tempore. Videns iesus tur bas: ascendit in montẽ. Et cum se disset: accesserunt ad eum discipuli eius. Et aperiens os suũ docebat eos dicens. Beati pauperes spiritu / quoniã ipsorũ est regnũ celorũ. Beati mites quoniã ipsi possidebunt terrã. Beati qui lugent quo niã ipsi consolabuntur. Beati qui esuriũt et sitiunt iustitiam: quoniã ipsi saturabũ tur. Beati misericordes: quoniã ipsi mi sericordiã consequentur. Beati mundo corde quoniã ipsi deum videbunt. Beati pacifici: quoniã filii dei vocabũtur. Bea ti qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniã ipsorũ est regnũ celorũ. Beati estis cum maledixerint vobis ho mines: et persecuti vos fuerint et dixe rint omne malum adversum vos menti entes propter me. Gaudete et exultate: quoniam merces vestra: copiosa est in ce lis. Credo. Offer. Mirabilis deus in san ctis suis: deus israel ipse dabit virtutem et for titudinẽ plebi sue / bñdictus de9 all'a. Secreta

MUnera tibi domine nostre devo tionis offerimus: que et pro cun ctorum tibi gratia sint honore sanctorũ: et nobis salutaria te miserante reddan tur. Per dñm. Prefatio quotidia. Cõio.

Gaudete iusti in domino alleluya: rectos de cet collaudatio alleluya. Postcõmunio.

DA quesumus domie fidelib9 po pulis: per huius sacramenti par ticipationem omnium sanctorum tuo rum semper veneratione letari / et eorũ perpetua supplicatione muniri. Per do minum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecũ vivit & regnat in unita.



¶ In cõmemoratione animaru...



REquiẽ eter... na eis dñe: ... ppetua luceat ... ps. Te decet hy... mnus deus in syon ... reddetur votũ in hie rusalẽ / exaudi oratio nẽ meam ad te omnis caro veniet. Oratio

FIdeliũ de9 oim cõditor et redem ptor / aiabus oim fideliũ defuncto rũ remissionẽ cũctor tribue pctorũ: vt in dulgentiã quã semp optaverũt: piis sup plicatiõib9 ɔsequant. Qui cũ deo pře. &c. Nulla fiat mẽo ad hãc mis. licz corp9 pñs sue. Lectõ epře bti pau. apo. ad thessa. iiii.

FRatres. Nolumus vos ignorare de dormiẽtibus: vt nõ cõtristemi ni sicut & ceteri q̃ spẽ nõ habẽt Si eñi cre dim9 q2 iesus mortu9 est & resurrexit: ita et de9 eos q̃ dormierũt p iesũ adducet cũ eo Hoc eñi vobis dicim9 in verbo dñi: q2 nos q̃ vivim9 q̃ residui sum9 i adveñtũ dñi nõ pveniem9 eos q̃ dormiert Qm ipe dñs iussu & i voce archãgeli & i tuba dei descẽ

...nõ

...eter-

...ateat eis.

...ur: et semẽ

...Tractus.

...o te dñe: dñe ex

...iãt aures tue intẽ

...Si iniq̃tates obser

...ebit. ℣. Quia apud te

...e legẽ tuã sustinui te dñe.

...tu: quo in dñica. lxx. et

...ericꝫ de supiori gradu ad

...abitu nõ mutato ⁊ interim

...aconus cũ subdyacono et ce-

...uri. sine cruce ad ꝓnuncian

...eliũ. Secundũ iohannem. xi.

...illo tpe. Dixit martha ad iesũ.

Dñe/ si fuisses hic: frater meus nõ

...et mortuꝰ Sed et nũc scio/ q̃ quecũqꝫ

posceris a deo dabit tibi deꝰ. Dixit illi

...us. Resurget frater tuꝰ Dixit ei mar

...ha Scio quia resurget in resurrectione

in nouissimo die. Dixit ei iesus Ego sum

resurrectio ⁊ vita Qui credit in me: etiã

si mortuꝰ fuerit viuet. Et oĩs q̃ viuit ⁊

credit in me: nõ morieꝫ ineternũ Credis

hoc. Ait illi. Utiqꝫ dñe Ego credidi quia

tu es xp̃s filiꝰ dei viui q̃ in hũc mũdũ ve-

nisti. Et legatur in pulpito more dñicali.

Nõ dr. Credo. Offr. O pie deꝰ q̃ primũ ho

minẽ ad eternã gloriã reuocasti: pastor bone q̃

ouẽ ꝑditã pio humero ad ouile reportasti: iuste

iudex dũ veneris iudicare libera de morte aias

nr̃as quas redemisti: ne tradas bestijs aias cõfitẽ

tes tibi: ne derelinquas in finẽ. Nõ dr. Hosti-

as et p̃ces. neqꝫ ℣. Requiẽ eternã. Secre.

Hostias q̃s dñe quas tibi ꝓ aiabus

oim fideliũ defunctorũ offerimus

ꝓpitius intẽde/ vt q̃bus fidei xp̃iane me

ritũ cõtulisti: dones ⁊ premiũ. Per. Cõio

Pro quorũ memoria corpꝰ xp̃i sumiẽ dona eis

dñe requiẽ sempiternã. ℣. Et lux ꝑpetua luceat

...quorũ memoria sanguis xp̃i sumiẽ: do-

...domine requiẽ sempiternã. Postcõio.

Animabus q̃s dñe oim fideliũ de

functorũ oratio proficiat suppli-

cantiũ: vt eas et a peccatis omnibus exu

as: et tue redemptionis facias esse parti

cipes. Qui cũ deo patre. ¶ Si hec cõme

moratio in dñica cõtigerit: differatur in

crastinũ ⁊ fiat totum seruitiũ de dñica ⁊

tunc fiat in ipsa dñica mẽmoria de mar-

tyribus eustachio socijsqꝫ eius. Oratio.

Da nobis quesumus domine san-

ctorũ martyrũ tuorũ eustachij so

ciorumqꝫ eius intercessiõe letitiam et pa-

cem: vt quorũ gaudemus triũphis pro-

tegamur subsidijs. Per dñm. Secreta.

Assume quesumus domine om-

nipotẽs deus in honore sanctorũ

martyrũ tuorũ eustachij sociorumqꝫ eius

hec tibi oblata libamina: quorum pia sup

plicatione placatus/ ⁊ preteritorũ veniã

et futurorũ nobis cautelam prebeas de-

lictorum. Per dñm nostrũ. Postcõio.

Sumpsimus dñe diuina mysteria

beatorũ martyrũ tuorũ eustachij

sociorũqꝫ eius merita venerãtes: presta

q̃s: vt eorũ semꝑ et fideli muniamur au-

xilio: ⁊ magnifico ꝓficiamꝰ exẽplo. Per

¶ Quãdo cõmẽoratio animarũ a dñica

differtur: tunc feria tertia fiat seruitiũ

de sancta wenefreda. ¶ Sancte wene-

frede virginis et martyris. Officium.

Loquebar de testimonijs tu

is in conspectu regum et nõ

confundebar et meditabar

in mandatis tuis que dilexi

nimis. ps. Beati immaculati

in via: qui ambulant in lege dñi. Oratio.

Exaudi nos deus salutaris noster:

vt sicut de beate wenefrede virgi

nis ⁊ martyris tue festiuitate gaudemꝰ

ita pie deuotionis erudiamur affectu.

Per. Epla. Sapiẽtia vincit malitiã. In

cõi. fo. xij. Gr. Specie tua ⁊ pulchritudine

tua: intẽde prospere procede et regna. ℣. Pro-

pter veritatẽ ⁊ mãsuetudinẽ et iustitiã: et dedu

cet te mirabiliter dextera tua. Alla. ℣. Dif-

fusa est grã in labijs tuis propterea benedixit te

deus in eternū. Sequētia. Exultemus. In
cōi. fo. xi. Euāgeliū. Simile est regnū ce
lor thesauro in cōi. fo. xii. Offr. Offerē
tur regi virgines post eam proxime eius offe-
rentur tibi in letitia et exultatione adducentur
in templum regi domino. Secreta.
Hostias domine quas tibi offeri-
mus propitius respice: et interce-
dente btā wenefreda virgine tua et mar
tyre: vincula peccatorū nostrorū absolue
Per dnm. Cōio. Feci iudicium et iustitiā
domine: non calumnientur mihi superbi/ ad om
nia mādata tua dirigebar/ omnemqȝ viā iniqui-
tatis odio habui. Postcōmunio.
Placeant tibi quesumus miseri-
cors deus nostre seruitutis obse-
quia vt mysteria sacrosancta que sump-
simus: intercedēte beata wenefreda vir
gine tua et martyre: et tuam gratiā no-
bis consilient/ et eterne felicitatis gaudi
um subministrent. Per dominū nostrū.
Sancti leonardi abbatis. Officium.
Os iusti meditabitur sapiē
tiam: et lingua eius loque-
tur iudicium / lex dei eius
in corde ipsi⁹. Ps. Noli emu
lari in malignantibus neqȝ zela
ueris facientes iniquitatem. Oratio.
Preces nostras qs dñe celesti do-
no prosequere: vt qui de beati leo
nardi cōfessoris tui atqȝ abbatis patroci
nijs gloriamur: eius meritis atqȝ suffra
giis apud te semp adiuuari mereamur.
Per. Epla. Iustus cor suū in cōi. folio. x.
Gr. Os iusti meditabitur sapientiam: et lin
gua eius loquetur iudicium. V. Lex dei eius in
corde ipsius: et nō supplantabūtur gressus ei⁹.
Alla. V⁹. Posui adiutoriū super potentē: et
exaltaui electū de plebe mea. Sequētia. Ad-
est nobis. In cōi. fo. ix. Euange. Nemo ac
cendit. In cōi. fo. x. Offr. Ueritas mea et
misericordia mea cum ipso: et in nomine meo ex
altabitur cornu eius. Secreta.
Suscipe domine munera tue pie-
tati humiliter immolanda: et cō-
cede: vt nobis sancti leonardi cōfessoris
tui atqȝ abbatis intercessione fiant salu-
taria: cuius natalicijs ea tibi speramus
accepta. Per. Cōio. Fidelis seruus et pru
dens quē cōstituit dñs super familiā suā: vt det
illis in tempore tritici mensuram. Postcōio.
Purificet nos dñe qs tui perceptio
sacramēti: et que pro beati leonar
di confessoris tui atqȝ abbatis venerāda
solennitate gerimus eius nobis patroci
nantibus meritis ad indulgentiam pro-
sint eternam. Per dnm. Sanctorum
quatuor coronatorum martyrū. Offiū.



Intret in cōspectu tuo dñe
gemitus cōpeditorū redde
vicinis nr̄is septuplū in si-
nu eorū vindica sanguinē
sctōrū tuorū qui effusus est
Ps. Deus venerūt gentes in hereditatē tuam
polluerūt templum sanctum tuū posuerunt hie
rusalem in pomorū custodiam. Oratio.
Presta qs oṗs deus vt qui glorio
sos martyres tuos claudiū: nicho
stratū/ simphorianū/ castoriū: atqȝ simpli
ciū/ fortes in sua cōfessione cognouimus
pios apud te in nostra intercessione sen-
tiamus. Per. Epla. Iustorū anime. In
cōi. fol. v. Gr. Uindica dñe sanguinem san
ctorū tuorum qui effusus est. V. Posuerūt mor
talia seruorū tuorum bestijs terre. Alla. V.
Mirabilis dñs noster in sanctis suis. Euāge-
lium. Cum audieritis prelia. In cōi. fo.
vi. Offr. Exultabunt sancti in gloria leta-
buntur in cubilibus suis/ exultationes dei in fau
cibus eorum. Secreta.
Benedictio tua quesumus domīe
larga descēdat: que et munera no
stra deprecantibus sanctis martyribus
tuis claudio nichostrato / simphoriano/
castorio atqȝ simplicio tibi reddat acce-
pta: et nobis sacramentū redemptionis
efficiat. Per dominū. Cōio. Posuerunt
mortalia seruorum tuorum domine escas vola-
tilibus celi: carnes sanctorum tuorū bestijs ter
re/ secundum magnitudinem brachij tui posside
filios morti punitorum. Postcōmunio.
Celestibus refecti sacramentis et
gaudijs supplices te domīe depre
camur: vt quorū gaudemus triumphis:
intellectũ. Memor esto igit̃ iesum xp̃m
resurrexisse a mortuis ex semine dauid:
scđm euangeliũ meũ in quo laboro vsq̧
ad vincula/ quasi male operãs: sed verbũ
dei nõ est alligatũ. Ideo oĩa sustineo pro
pter electos: vt ꝛ ipsi salutẽ cõsequãtur.
Que est in xp̃o iesu cũ glĩa celesti. ¶ Lcõ
ep̃le beati pauli apostoli: ad galatas v.

FRatres. Cõfido in vobis in dño:
q̧ nihil aliud sapietis. Qui aũt cõ
turbat vos: portabit iudiciũ: quicũq̧ est
ille. Ego aũt fr̃es si circuncisionẽ adhuc
p̃dico: q̄d adhuc p̃secutionẽ patior? Er-
go euacuatũ est scãdalũ crucis. Utinã et
abscindãtur q̃ vos cõturbant. Quicũq̧
eñ volũt placere in carne/ hi cogũt vos
circũcidi/ tantũ vt crucis xp̃i persecutio
nẽ patiãtur Neq̧ eñ qui circũciduntur
legẽ custodiũt/ sed volũt vos circuncidi
vt in carne vestra glorientur. Mihi autẽ
absit gloriari nisi in cruce dñi nostri iesu
xp̃i. Per quẽ mihi mũdus crucifix⁹ est/
et ego mundo. Gr. Posuisti dñe super ca-
put eius: coronã de lapide p̃cioso. V. Desideriũ
aĩe eius tribuisti ei: et volũtate labiorũ eius nõ
fraudasti eũ. Gr. Beat⁹ vir q̃ timet dñm: in
mãdatis eius cupit nimis. V. Potens in terra
erit semẽ eius: gñatio rectorũ bñdicetur. Gr.
Iust⁹ nõ cõturbabitur: q̄a dñs firmat manũ
eius. V. Tota die miseretur ꝛ cõmodat: ꝛ semẽ
eius in bñdictione erit. Gr. Iust⁹ vt palma
florebit: sicut cedrus libani multiplicabit̃ in do
mo dñi. V. Ad annũciandũ mane m̃iam tuã: et
veritatem tuã per noctẽ. Alla. V. Posuisti
dñe super caput eius coronã de lapide preciosa
Alla. V. Letabitur iust⁹ in dño et sperabit
in eo: et laudabũtur oẽs recti corde. Alla. V.
Beat⁹ vir q̃ suffert tentationẽ: quoniã cũ pro-
batus fuerit accipiet coronã vite. Alla. V.
Btũs vir q̃ timet dñm: in mãdatis ei⁹ cupit ni
mis. Alla. V. Glĩa et honore coronasti eum
dñe: ꝛ cõstituisti eũ sup̄ opera manuũ tuarum.
Alleluya. V. Iustus nõ conturbabitur: q̄a
dominus firmat manum eius. Sequentia.

ORganicis canamus modulis nũc
N. solennia. Diuigenis dño voci
bus reddẽtes odas debitas Qui in suis
sctis mirabilis nimis multiplici virtutũ
flore eosdẽ decorat ac mirifice adornat
Nã et in ipsis quasi in quibusdã musicis
instrumẽtis digito ꝓprio fides agitat fi
des virtutũ sonora Has numerose p̃cur
rens singulas. Permiscet singulis dya-
tesserõ mellifluã melodiã. Quã generat
v̄tutũ mater illa Que alijs decenter cõ-
posita reddit suauẽ symphoniã. Quia si
ne cũcta. Fiũt dissona. Nec nõ et friuola.
Qua cum omnia. Fiunt cõsona. Nec nõ
vtilia. Qua iusti bene. Morati rite. Pe
tentes excelsa poli sydera. Alacres de-
cantant noua cantica in cythara traicia
Quorum agentes festa/ consortia me-
reamur in celesti patria. Tractus.

DEsideriũ aĩe ei⁹ tribuisti ei ꝛ volũtate
labior ei⁹ nõ fraudasti eũ V. Dñe p̄ue
nisti eũ ĩ bñdictiõe dulcedinis. V. Posuisti sup̄
caput ei⁹ coronã de lapide p̃cioso. S. Io. xij.

IN illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Amen amen dico vobis: nisi granũ frumẽti cadens in terrã mortuũ fuerit / ipsum solũ manet. Si autẽ mortuũ fuerit multum fructum affert. Qui amat aiam suã / pdet eã. Et q̇ odit aiam suã in hoc mũdo / in vitã eternã custodit eã. Si q̇s mihi ministrat / me sequatur Et vbi sum ego: illic ⁊ minister meꝰ erit Si q̇s mihi ministrauerit honorificabit eum pater meus qui est in celis. Euangelium Secundum Lucam. x.

IN illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Qui vos audit me audit. Et qui vos spernit: me spernit. Qui autem me spernit: spernit eũ qui me misit. Reuersi sunt aũt septuaginta duo cũ gaudio dicẽtes. Dñe: etiã demonia subijciũtur nobis in noie tuo. Et ait illis. Videbam sathanã sicut fulgur de celo cadentẽ. Ecce dedi vobis potestatẽ calcãdi supra serpentes ⁊ scorpiones: et supra oẽm virtutem inimici: ⁊ nihil vobis nocebit. Verũ tamẽ in hoc nolite gaudere: q̇a spũs vobis subijciũtur Gaudete aũt / q̇a noia vestra scripta sunt in celis. Scdz Mat. xvi

IN illo tpe. Dixit iesus discipulis suis Si q̇s vult post me venire abneget semetipm / et tollat crucẽ suam et sequatur me. Qui eni voluerit aiam suã saluã facere: perdet eã. Qui aũt perdiderit aiam suam propter me inueniet eam Quid eni prodest homini si vniuersum mundũ lucretur / aie vero sue detrimentum patiatur. Aut quã dabit homo cõmutationẽ pro aia sua. Filiꝰ eni hois vẽturus est in gloria patris sui cũ angelis suis: et tũc reddet vnicuiq3 secundũ opera eius. Amẽ dico vobis: sunt quidã de hic stãtibus q̇ nõ gustabũt mortẽ / donec videant filiũ hois venientẽ in regno suo Euangeliũ Secundum Lucam. xiiii.

IN illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Si quis venit ad me / ⁊ non odit patrẽ suũ et matrẽ / ⁊ vxorẽ / ⁊ filios et fratres et sorores adhuc aũt et aiam suã: nõ potest meꝰ esse discipulus. Et qui nõ baiulat crucẽ suã et venit post me: nõ potest esse meꝰ discipulus. Quis eni ex vobis volẽs turrim edificare: nonne prius sedens cõputat sumptus q̇ necessarij sunt: si habeat ad perficiendũ / ne postea q̄ posuerit fundamentum ⁊ non poterit perficere / oẽs qui viderint incipiãt illudere ei dicẽtes / q̇a hic homo cepit edificare ⁊ non potuit cõsummare. Aut q̇s rex iturus cõmittere bellũ aduersus aliũ regem: nõne prius sedens cogitat / si possit cũ decẽ milibus occurrere ei q̇ cũ viginti milibꝰ venit ad se. Alioquin / adhuc illo lõge agente legationẽ mittens rogat ea que pacis sunt. Sic ergo ois ex vobis q̇ nõ renũciat oibus que possidet nõ potest meus esse discipulus. Scdz Matheũ. x.

IN illo tpe. Dixit iesus discipulis suis Nihil opertũ q̇d nõ reueletur et occultũ q̇d nõ sciatur. Quod dico vobis in tenebris dicite in lumine: et q̇d in aure auditis p̄dicate sup tecta Et nolite timere eos q̇ occidũt corpus: aiam autẽ nõ possunt occidere Sed potius eũ timete: q̇ potest et aiam et corpus pdere in gehennã. Nõne duo passeres asse veneunt et vnꝰ ex illis nõ cadet sup terrã sine patre vestro. Vestri aũt capilli capitis oẽs numerati sunt. Nolite ergo timere multis passeribꝰ meliores estis vos. Omnis ergo q̇ cõfitebitur me corã hoibus: cõfitebor ⁊ ego eũ coram patre meo: qui est in celis. In tempore paschali. Euãgelium Ego sum vitis vera. vt supra fo. j. Offer.

IN virtute tua dñe letabit iustus: ⁊ sup salutare tuũ exultabit vehemẽter: desideriũ aie eiꝰ tribuisti ei. In tpe pascali. Alla alla. Offer.

Posuisti dñe in capite eius coronam de lapide precioso: vitã petijt a te ⁊ tribuisti ei alla. ⁊ finiat cũ alla. q̄ñcũq3 dicitur: nisi infra. lxx.

Offer. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus q̇ in libano est multiplicabit. In tpe pascali. alla. Offer. Cõfitebuntur celi mirabilia tua dñe: ⁊ veritatẽ tuã in ecclesia sanctor: alla alla

Offer. Gloria et honore coronasti eũ: ⁊ cõstituisti eũ sup opera manuũ tuarũ dñe. Secreta.

PResentia munera dñe quesumꝰ serena pietate intuere: vt sancti spũs perfundãtur bñdictione: quatenꝰ illã

validius in nostris cordib⁹ dilectionē in fundant: per quā sctūs. N. martyr tuus oīa corporis tormēta deuicit. Per dnm. in vnitate eiusdē. Cōio. Qui vult venire post me: abneget semetipm: et tollat crucē suā et sequat me. Cōio. Qui mihi ministrat me sequatur: et vbi ego sum: illic et minister meus erit. Cōio. Posuisti dn̄e in capite ei⁹ coronā de lapide precioso. In tpe paschali. alla alla. Cōio. Letabitur iust⁹ in dn̄o et sperabit in eo: et laudabūtur oēs recti corde. In tpe paschali. alla alla. Cōio. Ego sum vitis vera et vos palmites: q̄ manet in me et ego in eo: hic fert fructū multum alla alla. Cōio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriā et magnū decorē impones super eum dn̄e. Postcōio.

Quos refecisti dn̄e celesti mysterio ab oībus quesum⁹ ppiciatus absolue delictis: et intercedente beato. N. martyre tuo diuino munere purificatis mētibus perfruamur. Per dn̄m. ¶ In natali vnius mar. et pontificis. Officiū.



Loria et honore coronasti eū: et cōstituisti eū super opera manuū tuarum. ps. Dn̄e dn̄s noster: q̄ admirabile est nomē tuū in vniuersa terra. Glo. Or.

Deus q̄ sanctā nobis huius diei letitiā: pro cōmemoratione beati. N. martyris tui atq; pōtificis fecisti: adesto familie tue precibus / et da: vt cuius hodie festa celebramus: eius meritis et intercessionibus adiuuemur. Per dn̄m.

¶ Lcō eple bti pauli apli: ad hebreos. v

Fratres. Oīs pontifex ex hoībus assumptus pro hoībus cōstituitur in his q̄ sunt ad deū: vt offerat dona et sacrificia pro pctīs. Qui cōdolere possit his qui ignorant et errāt: qm̄ et ipse circūdatus est infirmitate. Et propterea debet quēadmodū et pro pplo: ita etiā et pro semetipso offerre p pctīs. Nec q̄sq; sumit sibi honorē: sed q̄ vocat a deo tanq; aarō quēadmodū scriptū est. Tu es sacerdos in eternū secundū ordinē melchisedech.

¶ Lcō eple bti pauli apli ad hebre. xiij.

Fratres. Doctrinis varijs et peregrinis: nolite abduci. Optimū est eñ gratia stabilire cor: nō escis q̄ non profuerūt ambulātibus in eis. Habem⁹ altare de quo edere nō habent potestatē qui tabernaculo deseruiunt. Quorū eñ animaliū infertur sanguis p pctō in scta per pontificē: horū corpora cremātur extra castra. Propter qd̄ et iesus vt sctificaret per suū sāguinē populū: extra portā passus est. Exeamus igitur ad eū extra castra: improperiū eius portantes. Nō eñ habem⁹ hic manentē ciuitatē: sed futurā inquirim⁹. Per ipsum ergo offeramus hostiā laudis semp deo id est fructū labiorū nostrorū cōfitentiū noī ei⁹. Beneficentie aūt et cōionis nolite obliuisci. Talibus eñ hostijs promeretur deus. Gr. Posuisti dn̄e sup caput eius: coronā de lapide p̄cioso. V. Desideriū aīe ei⁹ tribuisti ei: et volūtate labiorū ei⁹ nō fraudasti eū. Alla. V. Posuisti dn̄e sup caput ei⁹: coronā de lapide p̄cioso. Sequētia. Organicis. vts. fo. iij. Tr. Desideriū anime. vt supra folio preceden. Euangeliū. Secūdum Matheum. ix.

In illo tpe. Circuibat iesus ciuitates oēs et castella / docens in synagogis eorū / et predicās euangeliū regni et curās oēm languorē / et oēm infirmitatē. Videns aūt turbas / misertus est eis q̄a erāt vexati et iacētes sicut oues non habentes pastorē. Tunc dicit discipulis suis. Messis quidē multa operarij autē pauci. Rogate ergo dn̄m messis vt mittat operarios in messem suā. Euntes autē predicate dicētes: q̄a appropinquabit regnū celorū. Infirmos curate / mortuos suscitate: leprosos mūdate demones eijcite. Gratis accepistis: gratis date. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporū. Estote ergo prudētes sicut serpentes et simplices sicut columbe ¶ Sequēs euange. dicit in festo cuiuslibet pōtificis exultātis siue mar. siue cōfes. S. Lu. xix.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis parabolā hanc. Homo quidā nobilis abijt in regionē longinquā: accipere sibi regnū et reuerti. Vocatis autē decē seruis suis dedit illis decem mnas et ait ad illos. Negociamini dum venio

Ciues aūt eius oderāt illū: et miserunt legationē post illū dicētes. Nolimꝰ hūc regnare super nos. Et factū est vt rediret accepto regno: ⁊ iussit vocari seruos quibꝰ dederat pecuniā vt sciret quantū quisqꝫ negociatꝰ esset. Uenit aūt primꝰ dicēs. Dn̄e mna tua decē mnas acquisiuit. Et ait illi. Euge serue bone ⁊ fidelis quia in modico fuisti fidelis: eris potestatē habens super decē ciuitates. Et alter venit dicēs. Dn̄e mna tua fecit quinqꝫ mnas. Et huic ait. Et tu esto sup̄ quinqꝫ ciuitates. Et alter venit dicēs. Dn̄e/ecce mna tua quā habui repositā i sudario Timui eīm te/ q̄a homo austerus es: tollis quod nō posuisti / et metis qđ nō seminasti. Et dixit ei De ore tuo te iudico serue nequā. Sciebas q̄a ego homo austerus sum tollēs quod nō posui/ ⁊ metens quod non seminaui. Et quare nō dedisti pecuniā meā ad mēsam: vt ⁊ ego veniēs cū vsuris vtiqꝫ exegissem illā. Et astantibus dixit. Auferte ab illo mnā: et date illi qui decem mnas habet. Et dixerūt ei. Dn̄e/habet decē mnas. Dico aūt vobis q̄a om̄i habēti dabitur/ ⁊ abundabit. Ab eo aūt q̄ nō habet: ⁊ quod habet/auferetur ab eo. Uerūtamen inimicos meos illos q̄ noluerūt me regnare sup̄ se adducite huc/et interficite ante me. Et his dictis: p̄dicabat ascendens hierosolymam

¶ In tp̄e paschali Euangeliū Ego sum vitis vera. vt s. fo. i. Offr̄. Posuisti dn̄e in capite eius coronā de lapide precioso vitā petijt a te ⁊ tribuisti ei alleluya alleluya. In lxx non addatur. Alleluya. Secreta.

Intende propicius quesumus domine oblata tibi hec munera: ⁊ deprecatione beati. N. martyris tui atqꝫ pontificis in cuius ea commemoratione deferimus nosipsos eademqꝫ sanctifica Per. Cōio. Posuisti domine in capite eius coronam de lapide precioso. Postcommunio

Sumpsimus dn̄e in scti martyris tui atqꝫ pontificis. N. solēnitate celestia sacramēta cuiꝰ suffragijs quesumus largiaris: vt quod tēporaliter gerimꝰ/eternis gaudijs cōsequamur. Per.

¶ In natali plurimorū marty. Officiū.

Intret in cōspectu tuo domine gemitus cōpeditorū: redde vicinis nostris septuplū in sinu eorū: vindica sanguinē sctōrū tuorū qui effusus est In tp̄e pascali alla alla. p̄s. Deus venerunt gētes in hereditatem tuam: polluerunt templū sanctum tuum posuerunt hierusalem in pomorū custodiam. Gloria ps. ¶ Aliud officium

Timete dn̄m om̄es scti eiꝰ: q̄m nihil deest timētibꝰ eū/ diuites eguerunt ⁊ esurierūt inquirentes aūt dn̄m/ nō deficiēt om̄i bono. p̄. Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. Gloria. ¶ Aliud Offiū

Iusti epulētur et exultēt in cōspectu dei: ⁊ delectentur in letitia. p̄s. Exurgat deꝰ et dissipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Gloria patri. ¶ Aliud Officium.

Sapientiā sctōrū narrāt populi et laudē eorū nunciat ecclesia: noīa aūt eorū viuēt in sclm̄ scli In tp̄e pascali. alla alla. p̄s. Exultate iusti in dn̄o rectos decet collaudatio. Glo. Aliud Offiū.

Salus autem iustorum a domino: et protector eorū est in tēpore tribulationis. p̄s. Noli emulari in malignantibus neqꝫ zelaueris facientes iniquitatem. Gloria pa. ¶ Aliud Officium.

Sancti tui domine benedicēt te: gloriam regni tui dicēt alleluya. p̄s. Exaltabo te deꝰ meus rex: et bn̄dicā noī tuo in seculū: et in seculū scl'i. Gloria pa.

¶ Plurimorū marty. nō pontificū. Orō.

Omnipotēs sempiterne deꝰ da nobis sctōrū martyrū tuorū. N. et N. ita digne merita venerari: quatenus et ab instātibus liberemur periculis: ⁊ digni efficiamur gaudijs sēpiternis. Per

¶ Plurimorū marty. pontificū. Oratio.

OMnipotēs sempiterne deꝰ: qui in sanctorū martyrū tuorū atqꝫ pontificū. N. et N. cordibus flammā tue dilectiōis accēdisti da mētibus nostris eandē fidei charitatisqꝫ virtutē: vt quorum gaudemus triumphis: pficiamur exēplis. Per dominum. Ad Hebreos. xi.

FRatres. Sctī per fidē vicerūt regna: operati sunt iusticiā/ adepti sunt repromissiones. Obturauerūt ora leonū/ extinxerūt impetū ignis/ effugauerūt aciē gladij cōualuerunt de infirmitate fortes facti sunt in bello Castra vertērūt exterorū acceperunt mulieres de resurrectiōe mortuos suos. Alij autē distēti sunt: nō suscipiētes redemptionem vt meliorē inuenirēt resurrectionē. Alij vero ludibria ⁊ verbera experti: insup et vincula ⁊ carceres. Lapidati sunt/ secti sūt/ tētati sunt: in occisiōe gladij mortui sūt. Circuierūt in melotis: in pellibus caprinis/ egētes/ angustiati/ afflicti quibꝰ dignus nō erat mūdus. In solitudinibꝰ errantes: et in montibꝰ/ et in speluncis et in cauernis terre. Et hi oēs: testimonio fidei probati inuenti sunt. In christo iesu: dn̄o nostro. Lcō libri sapientie. iij.

IUstorū aīe in manu dei sunt et nō tāget illos tormentū malicie. Uisi sunt oculis insipientiū mori: et estimata est afflictio exitus illorū. Et qđ a nobis est iter exterminij: illi autē sunt in pace. Et si corā hoībus tormēta passi sunt: spes illorū immortalitate plena est. In paucis vexati in multis bn̄disponētur: qm̄ deꝰ tentauit eos: et inuenit illos dignos se. Tanq̄ aurū in fornace probauit illos: et quasi olocausti hostiā accepit illos: et in tpe erit respectꝰ illorū. Fulgebūt iusti: ⁊ tanq̄ scintille in arundineto discurrent. Iudicabūt nationes: et dominabuntur populis. Et regnabit dominus illorū in perpetuum. Lectio libri sapientie. v.

IUsti aūt imppetuū viuēt: et apud dn̄m est merces eorū et cogitatio illorū apud altissimum. Ideo accipient regnū decoris: ⁊ diadema speciei de manu dn̄i. Qm̄ dextera sua/ teget eos: ⁊ in brachio scto suo: defendet illos. Accipiet armaturā zeli illiꝰ et armabit creaturā ad vltionē inimicorū. Induet pro thorace iusticiā: et accipiet p galea iudiciū certum. Sumet scutum inexpugnabile equitatem: ibunt directe promissiones. Et ad certū locum deducet illos: dominus deus noster. Ad Hebreos. x.

FRatres. Rememoramini pristinos dies: in quibꝰ illuminati magnū certamē sustinuistis passionū. Et in altero q̇dem opprobrijs et tribulationibus spectaculū facti: in altero aūt socij taliter conuersantiū effecti. Nā et vinctis cōpassi estis: ⁊ rapinā bonorū vestrorū cū gaudio suscepistis cognoscentes vos habere meliorē ⁊ manentē substantiā. Nolite itaqꝫ amittere cōfidentiā vestrā que magnā habet remunerationē. Patiētia eīm vobis necessaria est: vt volūtatē dei facientes/ reportetis pmissionē. Adhuc eīm modicū aliquātulūqꝫ q̇ venturus est veniet: et non tardabit. Iustus autē meus: ex fide viuit. j. Corinthiorum. iiij.

FRatres Spectaculū facti sumus huic mūdo: ⁊ āgelis ⁊ hoībꝰ Nos stulti propter christū/ vos aūt prudētes in christo. Nos infirmi/ vos aūt fortes. Uos nobiles/ nos aūt ignobiles Usqꝫ in hāc horā et esurimꝰ et sitimus/ et nudi sumꝰ/ et colaphis cedimur/ ⁊ instabiles sumus et laboramꝰ/ operātes manibus nostris. Maledicimur/ et benedicimus Persecutionē patimur/ et sustinemus. Blasphemamur et obsecramus. Tanq̄ purgamēta huius mūdi facti sumꝰ omniū peripsima vsqꝫ adhuc. Non vt confundā vos hec scribo: sed vt filios meos charissimos moneo. In christo iesu/ domino nostro. Lectio libri sapientie. xv.

LIngua sapientū ornat scientiā: os fatuorū ebullit stulticiā. In omni loco oculi dn̄i contēplantur bonos et malos. Lingua placabilis lignū vite que autē immoderata est/ cōteret spm̄. Domꝰ iusti plurima fortitudo et in fructibꝰ impij ꝯturbatio. Labia sapiētiū disseminabūt scientiā: cor stultorū dissimile;

erit. Victime impioꝝ abominabiles domino: vota iustoꝝ placabilia. Qui sequitur iusticiā diligit a dn̄o. Lc̄o libri sa. x.

Reddet de⁹ mercedē laborū sctōꝝ suorū: et deducet eos in via mirabili. Et fuit illis in velamēto diei: ⁊ in luce stellarū nocte Transtulit illos per mare rubrū: et transuexit illos per aquā nimiā. Inimicos aūt illoꝝ demersit in mare: ⁊ ab altitudine inferorū eduxit illos. Ideo iusti tulerūt spolia impiorū: et decantauerūt dn̄e nomē sanctū tuū. Et victricē manū tuā laudauerūt pariter dn̄e deus noster. Lectio libri sapiētie. xliiij.

Hi sunt viri mie: quorū iusticie obliuionē nō acceperunt Cū semine eorū pmanēt bona: hereditas sctā nepotes eorū. Et in testamentis stetit semen eoꝝ ⁊ filij eorū ppter eos vsqꝫ ineternū manēt. Gn̄atio eorū et gloria eoꝝ nō derelinqtur. Corpora eorū in pace sepulta sunt: ⁊ noīa eoꝝ viuēt in scl'a. Sapiētiā eorū narrabūt om̄es populi: ⁊ laudē eoꝝ pronūciet oīs ecclesia sctōꝝ. R. Gloriosus de⁹ in sctis suis: mirabilis in maiestate faciēs prodigia. V. Dextera tua dn̄e glorificata est in virtute: dextera man⁹ tua cōfregit inimicū. R. Clamauerunt iusti et dn̄s exaudiuit eos: et ex oībus tribulationibus eorū liberauit eos. V. Iuxta est dn̄s his q̄ tribulato sunt corde: et humiles spū saluabit. R. Timete dominū oēs scti eius: qm̄ nihil deest timētibus eū V. Inquirētes aūt dn̄m nō deficiēt oīi bono. R. Iustorū aīe in manu dei sunt: et nō tanget illos tormentū malitie. V. Visi sunt oculis insipientium mori: illi autē sunt in pace. R. Exultabunt sancti in gloria: letabūtur in cubilibus suis. V. Cantate dn̄o canticū nouum/ laus eius in ecclesia sctōrū. R. Vindica dn̄e sanguinē sctōrū tuorū qui effusus est. V⁹. Posuerūt mortalia seruorū tuorū escas volatibus celi: carnes sanctorum tuoꝝ bestijs terre. R. Ecce q̄ȝ bonū et q̄ȝ iocundū habitare fratres in vnū. V. Sicut vnguentū in capite: qd̄ descēdit in barbā barbā aaron. Alius. V. Mandauit dn̄s benedictionē: ⁊ vitā vsqꝫ in seculū. R. Aia nr̄a sicut passer erepta est/ de laqueo venantiū. V. Laqueus cōtritus est/ ⁊ nos liberati sumus/ adiutoriū nostrū in noīe dn̄i: qui fecit celū et terrā. Alla. V. Sancti tui dn̄e benedicēt te: gloriā regni tui dicēt. Alla. V. Sancti tui dn̄e florebūt sicut liliū: ⁊ sicut odor balsami erunt ante te. Alla. V. Sancti ⁊ iusti in dn̄o gaudete vos elegit deus in hereditatē sibi Alla. V. Vox exultatiōis ⁊ salutis in tabernaculis iustorū. Alla. V. Iusti epulentur et exultēt in cōspectu dei: et delectētur in leticia. Alla. V. Reddet deus mercedē laboꝝ sctōꝝ suorū et deducet illos in via mirabili. Alla. V. Mirabilis dn̄s nr̄ in sctis suis. Alla. V. Te martyꝝ cādidat⁹ laudat exercit⁹ dn̄e. Tr.

Qui semināt in lachrymis: i gaudio metent. V. Eūtes ibant et flebāt: mittētes semina sua. V. Veniētes aūt venient cū exultatiōe portantes manipulos suos. Seque.

Ecce pulchra canorū resonet voce alla. Intimās requiē ciuibus inclytā Felicia nimiū angelorum rutilant agmina. Sctē sancte sctē christo ouāter proclamātia. Sublimi in cathedra apostolorū sede fulgida lampada tribus et linguas indicantia. Omnia vt stercora reputarūt tumida: ppter hec emicāt velut stella firmamēti clara. Stolis candidis: martyrū adornantur colla. Hi sunt milites q̄ mundi preliarunt bella. Coronis albis coronātur scti. Qui cōfidētes crediderūt iuste. Vel fide certātes. Respuerūt vana. Modo habēt celestia regna. In qua triumphāt dicētes optime. Siue canticāt psallētes carmina. Arte laudiflua. Voce dulcissona. Regi christo submittētes colla. Multū recitaris laude spirituū Atqꝫ iubilaris in choro virginū. Alla. Dulcimoda. Te decantāt pudicū agmina. Laus tibi sit semp christe per oīa. Qui opitularis cantantes talia Voce pulchra. Alla. Et nos xp̄i proclamem⁹ vna Da nobis eterna regna florida Vbi cātemus omnes alla. Sequen.

Mirabilis de⁹ in sanctis: mirabilia dans magnifica Qui fide preclara: vicerūt mundi grauissima pericula. Iudiciū minas verbera et blādicias contēnentes mente robusta vero trāsiuderunt regi aīas. Ergo triūphāt laurea

compti capita secuti recte vestigia agni singularis xpi sacrata. Cui assidue mellislua dant cātica eius preduleissima pleni gratia. Quorū celebrātes solēnia ꝯsortio iugi quo mereamur christus annuat Qui nr̄a est gloria. Scd̄m Lucam. vj.

In illo tpe. Eleuatis iesus oculis in discipulos suos: dicebat. Beati pauperes: quia vestrum est regnū dei Beati qui nūc esuritis: quia saturabimini. Beati qui nunc fletis: quia ridebitis Beati eritis cum vos oderint homines et cum separauerint vos et exprobrauerint/ et eiecerint nomen vestrū tanq̄ malum ꝓpter filiū hois. Gaudete in illa die et exultate: ecce eñi merces vestra: multa est in celo. Euāgel. Scd̄m matheū. v

In illo tempore. Vidēs iesus turbas: ascendit in montē. Et cum sedisset: accesserūt ad eum discipuli eius. Et aperiens os suū: docebat eos dicens Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorū est regnum celorū. Beati mites: quoniā ipsi possidebunt terrā. Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui esuriūt et sitiūt iustitiā: qm̄ ipsi saturabūtur. Bti misericordes: qm̄ ipsi miam ꝯsequent̄. Beati mūdo corde qm̄ ipi deū videbūt. Bti pacifici: quoniā filij dei vocabūtur. Beati qui persecutionē patiūtur propter iustitiā quoniā ipsorū est regnū celorū. Bti estis cū maledixerint vobis homies: ⁊ ꝑsecuti vos fuerīt: et dixerint oēm malū aduersum vos mētiētes propter me. Gaudete et exultate: qm̄ merces vr̄a copiosa est in celis. Scd̄z mat. x.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Cū persequentur vos in ciuitate ista: fugite in aliam. Amen dico vobis: nō consummabitis ciuitates israel: donec veniat filius hois. Nō est discipulus super magistrum: neq̄ seruus super dominū suum. Sufficit discipulo: vt sit sicut magister eius: et seruo sicut dominus eius. Si patrē familias beelzebub vocauerunt/ quantomagis domesticos eius. Ne ergo timueritis eos. Euangelium. Secundum Lucam. xxi.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis Ponite ergo in cordib⁹ vestris nō premeditari/ quēadmodū respondeatis. Ego enim dabo vobis os et sapientiā/ cui non poterūt resistere et cōtradicere oēs aduersarij vestri. Trademini autē a parentibus et fratribus/ et cognatis et amicis/ et morte afficient ex vobis. Et eritis odio oībus hoibus ꝓpter nomē meū/ ⁊ capill⁹ de capite vestro nō peribit. In patiētia vr̄a/ possidebitis aīas vestras. Secundū Lucā. vj.

In illo tpe. Descendens iesus de monte/ stetit in loco campestri/ et turba discipulorū eius/ et multitudo copiosa plebis ab oī iudea/ et hier[illegible]m/ et maritima/ et tyri/ et sydonis/ q̇ venerāt vt audirēt eū/ et sanarent̄ a lāguoribus suis. Et q̇ vexabātur a spiritibus immūdis/ curabant̄. Et oīs turba querebat eū tāgere/ q̇a virtus de illo exibat/ et sanabat oēs. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos/ dicebat. Bti pauperes/ quia vestrū est regnū dei. Bti q̇ nunc esuritis quia saturabimini. Bti q̇ nūc fletis quia ridebitis. Bti eritis cū vos oderint homines/ et cū separauerint vos et exprobrauerint/ et eiecerint nomē vestrū tāq̄ malū/ propter filiū hois. Gaudete in illa die ⁊ exultate/ ecce enim merces vestra multa est in celo. Scd̄m Lucam. xxi.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Cū audieritis prelia et seditiōes nolite terreri. Oportet primū hec fieri/ sed nondū statim finis. Tunc dicebat illis. Surget gēs cōtra gentē/ et regnū aduersus regnū/ et terremot⁹ magni erūt per loca/ et pestilētie/ et fames terroresq̄ de celo et signa magna erunt Sed ante hec oia inijciēt vobis manus suas/ et persequent̄/ tradētes in synagogas et custodias/ trahentes ad reges et presides ꝓpter nomē meū. Cōtinget autē vobis i testimoniū. Ponite ergo in cordibus vr̄is non p̄meditari/ quēadmodū respondeatis. Ego eñi dabo vobis os et sapientiā/ cui nō poterūt resistere ⁊ ꝯtradicere/ oēs aduersarij vr̄i. Trademini

autē a parētibus et fratribus/ et cognatis/ et amicis et morte afficient ex vobis. Et eritis odio oībus hoībus/ propter nomē meū: et capillus de capite vestro non peribit In patientia vestra: possidebitis animas vestras. ¶ Euangelium Secundum Lucam. xij.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Attēdite a fermēto phariseorū: qđ est hypocrisis. Nihil enī opertum est qđ nō reueletur: neqz absconditū/ qđ nō sciatur Quoniā q̄ in tenebris dixistis in lumine dicentur. Et qđ in aure locuti estis et in cubilibus: pdicabitur in tectis Dico aūt vobis amicis meis: ne terreamini ab his q̄ occidūt corp⁹: ⁊ post hec nō habēt ampli⁹ qđ faciāt. Ostendā aūt vobis quē timeatis. Timete eū qui postq̄ occiderit: habet potestatē mittere in gehennā. Ita dico vobis: hūc timete. Nōne quinqz passeres veneūt dipondio: et vn⁹ ex illis nō est in obliuiōe coram deo. Sed et capilli capitis vestri: oēs numerati sunt Nolite ergo timere: multꝫ passeribus pluris estis vos: dico aūt vobis/ ois quicūqz ꝯfessus fuerit me corā hominibus et fili⁹ hois cōfitebitur illū coram angelis dei. Secundū Matheū. xxiiij.

In illo tpe. Sedēte iesu sup montē oliueti: accesserūt ad eū discipuli secreto dicētes. Dic nobis quando hec erunt: et qđ signū aduētus tui et cōsummationis seculi. Et respondēs iesus: dixit eis. Uidete ne qs vos seducat. Multi enī venient in noie meo dicentes: ego sū xp̄s: ⁊ multos seducēt. Audituri enī estis prelia: et opiniones preliorū. Uidete ne turbemini: oportet enī hec fieri: sed nondū est finis. Cōsurget enī gēs cōtra gentē: et regnū in regnū et erūt pestilentie ⁊ fames/ et terremot⁹ per loca. Hec autē oīa initia sunt dolorū. Tūc tradent vos in tribulationē: ⁊ occidēt vos: ⁊ eritis odio oībus gētib⁹ pp̄ter nomē meū. Et tūc scandalizabūtur multi: ⁊ inuicem tradēt/ ⁊ odio habebūt inuicē. Et multi pseudo pp̄hete surgēt ⁊ seducēt multos Et qm̄ abundabit iniquitas: refrigescet charitas multorum. Qui autem perseuerauerit vsqz in finem: hic saluus erit. ¶ Euangeliū Secundum Lucam. xj.

In illo tpe. Dicebat iesus turbis iudeorū/ ⁊ principib⁹ phariseorū. Ue vobis q̄ edificatis monumēta pp̄hetarum patres aūt vestri occiderūt illos. Profecto testificamini q̄ ↄsētitis operib⁹ patrū vestrorꝫ Qm̄ quidē ipsi eos occiderunt: vos aūt edificatis eorū sepulchra. Propterea ⁊ sapiētia dei dixit Mittā ad illos pp̄hetas ⁊ apostolos/ et ex illis occidēt et persequētur: vt iquirat sanguis oīm pp̄hetarū/ q̄ effusus est a cōstitutiōe mūdi/ a gn̄atione ista a sanguine abel/ vsqz ad sanguinē zacharie/ q̄ periit inter altare ⁊ edem. Ita dico vobis: requiretur ab hac gn̄eratiōe. Ue vobis legisperitis/ qui tulistis clauē scientie: ipsi nō introistis ⁊ eos q̄ introibant prohibuistis. Cū aūt hec ad illos diceret: ceperūt pharisei ⁊ legisperiti grauiter insistere/ ⁊ os eius opprimere de multis insidiātes ei. Et querētes aliqđ capere de ore eius: vt accusarēt eū. Secundū Matheum. xiij.

In illo tpe. Egrediente iesu de tēplo: ait illi vnus et discipulis suis Magister aspice quales lapides: et quales structure. Et respōdēs iesus: ait illi Uides has oēs magnas edificationes. Nō relinquetur lapis super lapidē: qui nō destruat. Et cū sederet in mōte oliuarū ↄtra tēplum: interrogabāt eū separatim/ petrus/ ⁊ iacobus et iohānes/ et andreas. Dic nobis quādo ista fient: et qđ signū erit quādo hec oīa incipient consummari. Et respondēs iesus cepit dicere illis. Uidete ne qs vos seducat. Multi enī veniēt in noie meo dicētes/ q̄a ego sum: ⁊ multos seducēt. Cū aūt audieritis bella et opiniones bellorū: ne timueritis. Oportet enī hec fieri: sed nondū finis. Exurget enī gens cōtra gentē/ ⁊ regnū sup regnū: ⁊ erūt terremot⁹ per loca et fames. Initiū dolorū hec. Uidete aūt vosmetipsos. Tradēt enī vos in cōsiliis et in synagogis vapulabitis et ante p̄sides et reges stabitis propter me/

in testimonium illis. Et in omnes gentes: primũ oportet predicari euangeliũ Et cum duxerint vos tradentes nolite precogitare quid loquamini: sed qđ datũ vobis fuerit in illa hora/ id loquamini. Non enĩ vos estis loquentes: sed spiritus sanctus. Tradet aũt frater fratrẽ in mortẽ/pater filiũ: et cõsurgent filij in parentes/et morte afficient eos. Et eritis odio oĩbus: propter nomẽ meũ. Qui aũt sustinuerit in finem: hic saluus erit.

Euangeliũ Secundũ Marcũ. xiij.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis Uidete ne quis vos seducat. Multi enĩ venient in nomine meo dicentes/ q̃a ego sum: et multos seducẽt. Cũ aũt audieritis bella et opiniones bellorũ ne timueritis. Oportet enĩ hec fieri sed nõdum finis. Exurget enĩ gens contra gentẽ/et regnũ super regnũ: et erũt terremotus per loca et fames. Initiũ dolorum hec. Uidete aũt vosmetipsos. Tradent enĩ vos in cõsilijs/ et in synagogis vapulabitis: et ante p̃sides et reges stabitis ꝓpter me in testimonium illis. Et in oẽs gentes: primũ oportet predicari euangeliũ. Et cũ duxerint vos tradentes/nolite precogitare quid loquamini: sed qđ datum vobis fuerit in illa hora id loquamini. Non enĩ vos estis loquẽtes sed spũs sanct⁹. Tradet aũt frater frẽm in mortẽ: et pater filiũ: et cõsurgẽt filij in parẽtes/et morte afficiẽt eos. Et eritis odio oĩbus: propter nomen meũ Qui autẽ sustinuerit in finem: hic saluus erit

Euangeliũ Secundum Matheum. x.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis Nolite arbitrari q̃a venerim mittere pacẽ in terrã. Nõ veni pacẽ mittere /sed gladiũ. Ueni enĩ separare hominẽ aduersus patrẽ suũ: et filiã aduersus matrẽ suã/ et nurũ aduersus socrum suam/et inimici hoĩs domestici ei⁹. Qui amat patrẽ aut matrẽ plusq̃ me: non est me dign⁹. Et q̃ amat filiũ aut filiã super me nõ est me dign⁹: et q̃ nõ accipit crucẽ suã et sequit me nõ est me dignus. Qui inuenit aĩam suã: ꝑdet illã. Et q̃ ꝑdiderit alam suã ꝓpter me: inueniet eã. Qui recipit vos: me recipit: et q̃ me recipit recipit eum q̃ me misit. Qui recipit prophetã in noĩe ꝓphete: mercedẽ prophete accipiet. Et q̃ recipit iustũ in noĩe iusti mercedẽ iusti accipiet. Et quicũq̃ potũ dederit vni ex minimis istis calicẽ aque frigide tantũ in noĩe discipli: amẽ dico vobis non perdet mercedẽ suã. Euange. Ecce ego mitto vos, vt s. in cõi vnius apli. fo. ij. Secundum Matheum. xxiiij.

In illo tpe. Egressus iesus de templo ibat Et accesserũt discipuli ei⁹ vt ostenderẽt ei edificationẽ templi. Ipse autẽ respondẽs dixit illis Uidetis hec oĩa. Amẽ dico vobis: nõ relinquet hic lapis sup lapidẽ q̃ nõ destruat. Sedente aũt eo sup montẽ oliueti: accesserunt ad eũ discipuli eius secreto dicẽtes. Dic nobis quãdo hec erũt: et qđ signũ aduent⁹ tui: et cõsummationis seculi. Et respondẽs iesus: dixit eis. Uidete ne q̃s vos seducat Multi enĩ veniẽt in noĩe meo dicẽtes: ego sum xp̃s: et multos seducẽt. Audituri enĩ estis prelia: et opiniões preliorum. Uidete ne turbemini. Oportet enĩ hec fieri sed nondum est finis. Cõsurget enĩ gens in gentẽ: et regnũ in regnũ. Et erũt pestilentie/et fames/ et terremot⁹ per loca. Hec aũt oĩa: initia sunt dolorũ. Tũc tradẽt vos in tribulationẽ/ et occident vos: et eritis odio oĩbus ꝓpter nomẽ meũ. Et tunc scandalizabũtur multi et inuicẽ tradent: et odio habebũt inuicẽ Et multi pseudo prophete surgent: et seducẽt multos. Et qm̃ abũdabit iniq̃tas: refrigescet charitas multorũ. Qui autẽ perseuerauerit vsq̃ in finẽ hic salu⁹ erit

In tpe pasc. Euangeliũ. Ego sum vitis/ vos pal. vt s. fo. j. Offer. Mirabilis deus in sctis suis: deus israel ipse dabit virtutẽ et fortitudinẽ plebi sue: benedictus deus alla. et finitur cũ alla. q̃cũq̃ dicit. Offer. Gloriabuntur in te oẽs q̃ diligũt nomẽ tuũ: qm̃ tu dñe benedices iusto: dñe vt scuto bone voluntatis tue coronasti nos. Offer. Letamini in dño et exultate iusti: et gloriamini oẽs recti corde. In tpe pasc. alla. Offer. Exultabũt scti in glo-

ria letabūtur in cubilibꝰ suis: exultatiōes dei in saucibꝰ corū. In tpe pascha. all'a all'a. Offer. Anima nr̄a sicut passer erepta est de laq̄o venantiū: laqueꝰ cōtritus est ⁊ nos liberati sumꝰ. Offer. Cōfitebūtur celi mirabilia tua dn̄e: et veritatē tuā in ecclesia sctōrum all'a all'a. Offer. Repleti sumꝰ mane mi̅a tua: ⁊ exultauimꝰ et delectati sumꝰ. all'a Plurimo. mar. Sec.

Suscipe quesumꝰ munera populi tui pro martyrum tuorum festiuitate sanctorum: et sincero nos corde fac eorum natalicijs interesse. Per.

¶ Alia plurimorum martyr. pontificū.

Sanctorū martyrū tuorū atq; pōtificū N. et N. gloriosa merita venerātes hec dn̄e munera tue maiestati offerimꝰ obsecrātes: vt illis reuerentiā exhibēdo/ nobis veniā impetremus Per. Cōio. Gaudete iusti in domino all'a rectos decet collaudatio all'a. et dicit' cū all'a. qn̄ cūq; vz. Cōio. Multitudo languentiū ⁊ qui vexabātur a spiritibꝰ immūdis veniebāt ad eū quia virtꝰ de illo exibat et sanabat oēs. In tēpore pasc. all'a all'a. Cō. Posuerūt mortalia seruorū tuor̄ dn̄e escas volatilibus celi: carnes sanctorū tuorū bestijs terre: secūdū magnitudinē brachij tui poss. de filios morti punitorum. Cō. Iustorū aīe in manu dei sunt: et non tanget illos tormentū malicie/ visi sunt oculis insipientiū mori: illi aūt sunt in pace. In tpe pas. all'a all'a. Cō. Ego vos elegi de mūdo vt eatis et fructū afferatis: et fructꝰ vester maneat In tpe pas. all'a all'a. Cō. Et si corā hominibus tormēta pass. sunt: deus tētauit eos/ tanq̄ aurū in fornace pbauit eos: et quasi olocausta accepit illos. Cō. Aia nr̄a sicut passer erepta est: de laqueo venantiū. Cō. Ego sum vitis vera ⁊ vos palmites: qui manet in me ⁊ ego in eo: hic fert fructū multū all'a all'a. Cō. Dico aūt vobis amicis meis ne terreamini ab his q̄ vos psequūtur. Cō. Quod dico vobis in tenebris dicite in lumie dicit dn̄s: ⁊ qd̄ in aure auditis: p̄dicate super tecta. Cō. Amen dico vobis qd̄ vni ex minimis meis fecistis: mihi fecistis: venite bn̄dicti p̄ris mei possidete p̄paratū vobis regnū ab initio scl'i. Plu. mar. postcō.

Sacramētorū tuorum dn̄e participatione letātes: suppliciter exoramꝰ: vt quorum merita celebrare cōdonas: eorū nos facias imitari ꝯstantiā Per. ¶ Alia plurimor̄ marty. pōtificū.

Deus q̄ nos sacramenti tui veneranda perceptione purificas: da nobis q̄s patrocinia tuor̄ cōtinuata sanctorū q̄bus capere valeamus salutaris misterij portionem. Per dn̄m. ¶ Plurimorum martyrum non pontificum.

Deus q̄ nos concedis sanctorum martyrū tuorū N. et N. natalicia colere: da nobis in eterna btitudine de eorū societate gaudere. Per. Secre.

Munera tibi dn̄e nostre deuotionis offerimus: que pro tuorum tibi grata sint honore iustorum: ⁊ nobis salutaria te miserante reddantur. Per dominum nostrum. Postcommunio.

Presta nobis quesumus domine intercedentibus sanctis martyribus tuis: N. et N. vt que eorum contigimus: pura mēte capiamus. Per dn̄z.

¶ In natali vnius confessoris. Officiū.

Statuit ei dominus testamētum pacis: et principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternum. In tempore pachali. alleluya alleluya. ps. Misericordias domini: in eternum cātabo. Gloria patri. Aliud Officiū.

Sacerdotes tui domine induāt iusticiam/ et sancti tui exultent/ propter dauid seruū tuū non auertas faciem christi tui. In tēpore pasch. alleluya. ps. Memento domine dauid/ et omnis māsuetudinis eius. Gloria. Officium

Sacerdotes dei benedicite dominum: sancti et humiles corde laudate deuz. In tempore paschali. alleluya alleluya. ps. Benedicite omnia opera domini domino: laudate et superexaltate eum in secula. Gloria patri. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus: qui nos bti N. cōfessoris tui atq; pōtificis hodierna festiuitate atq; solēnitate

letificas: tuam supplices exoramus clementiam: vt cuius solēnia deuotis officiis veneramur eiꝰ piis suffragiis/ eterne vite remedia consequamur. Per dominum nostrum. Alia Oratio.

DA quesumus omnipotens deus vt beati N. confessoris tui atqꝫ pontificis veneranda solennitas: et deuotionem nobis augeat et salutē. Per dominū. Lectio libri sapientie. xliiii.

ECce sacerdos magnus/ q̄ in diebꝰ suis placuit deo: et inuētus est iustus. Et in tpe iracūdie: factus est reconciliatio. Nō est inuētus similis illi q̄ conseruaret legē excelsi. Ideo iureiurādo: fecit illū dn̄s crescere in plebē suā. Bn̄dictionē oīm gentiū dedit illi: et testamentū suū cōfirmauit super caput eius. Cognouit eū in benedictionibꝰ suis: conseruauit illi miam suā: et inuenit gratiā corā oculis dn̄i. Magnificauit eū in cōspectu regū/ ⁊ dedit illi coronam glie. Statuit illi testamentū sempiternū: et dedit illi sacerdotiū magnū/ ⁊ btificauit illū in gloria. Fungi sacerdotio/ et habere laudē in noie ipsius. Et offerre illi incē[sum] dignū: in odorē suauitatis. Seq[uen]s epl'a legatur in vtroqꝫ festo bti edmūdi archiepi et cōfessoris. Lectio libri sapientie. l.

ECce sacerdos magnꝰ/ qui in vita sua curauit gentē suā et liberauit eā a perditione. Qui suffulsit domū: ⁊ in diebus suis coroborauit templum. Qui preualuit amplificare ciuitatē: q̄ adeptꝰ est gloriā in cōuersatione gentis. Quasi stella matutina in medio nebule/ et quasi luna plena in diebus suis lucet Et quasi sol refulgēs/ sic ille effulsit in tēplo dei Quasi arcꝰ refulgēs inter nebulas glorie: et quasi flos rosarū in diebꝰ vernis. Quasi lilia q̄ sunt in trāsitu aque et quasi thus redolēs in diebus estatis. Quasi ignis effulgens et thus ardens in igne: quasi vas auri solidū/ ornatū omni lapide precioso. Quasi oliua pullulās/ et cypressus in altitudinē se extollens/ in accipiēdo illū stolā glie Et vestiri eū in ꝯsummationē virtutis. In ascēsu altaris scti gloriā dedit/ sctitatis amictū. In accipiendo autē partes de manu sacerdotū/ et ipe stās iuxta arā/ porrexit manū suā in libatiōe ⁊ libauit odorē diuinū excelso principi. Et iterauit orationē suā volēs ostēdere virtutē dei/ Qui fecit nobiscū scdm suā miam det nobis iocūditatē cordis ⁊ fieri pacē in diebus nr̄is in israel/ ꝑ dies sempiternos. Lectio Libri sapientie. x.

IUstū deduxit dn̄s ꝑ vias rectas/ et ostendit illi regnū dei Et dedit illi scientiā sctorū/ honestauit illū in laboribꝰ/ ⁊ ꝯpleuit labores illius. In fraude circūuenientiū illi affuit/ et honestū fecit illū. Custodiuit eū ab inimicis/ et a seductoribꝰ tutauit illū/ et certamē forte dedit illi vt vinceret/ et sciret qm̄ oīm potētior est sapiētia. Hec venditū iustū nō dereliquit/ sed a peccatoribus liberauit eū Descēditqꝫ cū illo in foueā/ ⁊ in vinculis nō dereliquit illū/ donec afferret illi sceptrū regni/ ⁊ potentiā aduersus eos qui eū deprimebāt. Et mēdaces ostēdit qui maculauerūt illū/ et dedit illi claritatem eternā/ dn̄s deꝰ nr̄. Lcō Libri sap. xlv.

DIlectus deo ⁊ hoībus: cuius memoria in benedictiōe est Similē illū fecit in gloria sctorum: et magnificauit eū in timore inimicorū: et in verbis suis monstra placauit Glorificauit eū in conspectu regū: ⁊ iussit illū corā populo suo: et ostēdit illi gloriā suā. In fide et lenitate ipsius sanctū fecit illū: et elegit eū ex oīni carne. Audiuit eū̄ vocē ipsius et induxit illū in nube. Et dedit illi cor ad precepta: et legē vite et discipline. Gr.

Ecce sacerdos magnus qui in diebꝰ suis placuit deo V. Nō est inuētus similis illi: qui conseruaret legē excelsi. Gr. Iurauit dn̄s et nō penitebit eū: tu es sacerdos in eternū secūdum ordinē melchisedech. Vꝰ. Dixit dn̄s dn̄o meo: sede a dextris meis. Gr. Inueni dauid seruū meū: oleo scō meo vnxi eū/ manus ēīn mea auxiliabit ei: ⁊ brachiū meū cōfortabit eū V. Nihil proficiet inimicꝰ in eo: ⁊ filiꝰ iniquitatis nō nocebit eū. Gr. Domine preuenisti eū in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eiꝰ coronā de lapide precioso. V. Uitā petiit a te

tribuisti ei: lōgitudinē dierū in seculum seculi.
A lla. ℣. Iust⁹ germinabit sicut liliū: et florebit in eternū ante dūm. A lla. ℣. Amauit eū dñs ⁊ ornauit eū: stola glie induit eū. A lla. ℣. Disposui testamētū electis meis: iuraui dauid seruo meo. A lla. ℣. Elegit te dñs sibi in sacerdotē magnum in populo suo. A lla. ℣. Inueni dauid seruū meū: oleo sancto meo vnxi eū. A lla. ℣. Posuisti adiutoriū super potentē: et exaltaui electū de plebe mea. Tract⁹

Beatus vir qui timet dominum: in mādatis eius cupit nimis. ℣⁹. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorū benedicetur. ℣⁹. Gloria et diuitie in domo eius: et iustitia eius manet in seculū seculi. Sequen.

Adest nobis dies alma: et magno gaudio plena. In qua sacta deo grata congaudet ecclesia. Hodie celestis letatur turma que gloriā cātat in excelsis voce dulcissona cū symphonia. Hodie polorū sancta agmina collaudant regē deū nostrū natū ex virgine sācta maria. Aue inclyte presul vel ↄfessor N. flos pulcherrime. Tu vestigia christi secutus es fide deuota. Eterni regis adept⁹ es regna. Iam gratularis in domo supera possidens sedes almas. Quē postulam⁹ ⁊ poscimus vna. Adiuuēt tua sctā suffragia fragilē vitā nostrā. O beate. O sancte N. laus tibi in gloria. O vtē O sancte N. Pro nobis supplica vt vna mereamur sancta celorū templa. Possidere leti cernētes alma gaudia que sunt plena. Sit deo laus honorq; et iubilatio casta Qui regnat per omnia seculorum secula. Amen dicant omnia. Sequentia.

Alma chorus vna laudū / sonora nūc prome preconia. Quibus en insignis rutilat. N. vt luna solq; sydera Meritorū est mirifica radiās idē sacra prerogatiua. Hūc nā sophie mystica ornauerūt mire dogmata qua fulsit nitida luculēter p āpla orbis climata Verbi nec nō fructifera seuit diuini semina / mētiū per arua pellēdo quoq; cūcta noctis nebula. Hinc famina fundēs diua / vtpote celestia ferēs in se numinā. Sublimauit catholica vehemēter culmina sctā p eloquia. Is nēpe celse cōpos glorie nūc exultat inter letabūda celicolarū ouās cōtubernia. Sublimis extat sede supera fruēs vita semp inexhausta sat p saluberrima xpi pascua O dignū cūcta laude pcelsa. Presulē tāta nactū gaudia. Uirtutū pp̄ter merita: qb⁹ viguit ardēs velut lāpada. Nos voce clara hunc et iocūda. Dātes orem⁹ pces et vota. Qui nobis ferat cōmoda impetret ⁊ eterna poscēs pmia. Qō petit psens caterua psulū gēma. Deuota repēdēs numina mēte sincera fauendo sibi precum instātia: vt polorū intret limina. Quo iā intra palacia stātes suprema. Leti gratulemur adepti polorū regna. Qui tua psul sistētes hac aula iubēemus ingēti cū letitia. Recinentes dulcia nunc cessaq; alleluya.

Euāgelium secundū Matheum. xxv

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis parbolā hāc. Homo quidā peregre pficiscēs vocauit seruos suos: et tradidit illis bona sua. Et vni dedit quinq; talēta: alij autē duo / alij vero vnū. Unicuiq; secundū propriā virtutē Et profect⁹ est statim. Abijt aūt q quinq; talēta acceperat: et operatus est in eis / et lucrat⁹ est alia quinq;. Similiter qui duo acceperat: lucrat⁹ est alia duo. Qui autē vnū acceperat: abiēs fodit in terrā ⁊ abscōdit pecuniā dñi sui. Post multū vero tpis / venit dñs seruorū illorū: ⁊ posuit rationē cū eis. Et accedēs q quinq; talenta acceperat: obtulit alia quinq; talēta dicēs. Dñe quinq; talenta tradidisti mihi: ecce alia quinq; superlucrat⁹ sum. Ait illi dñs ei⁹. Euge serue bone et fidelis: qa sup pauca fuisti fidelis supra multa te cōstituā. Intra in gaudium dñi tui Accessit autē qui duo talenta acceperat: ⁊ ait. Domine duo talēta tradidisti mihi: ecce alia duo superlucratus sum. Ait illi dominus eius. Euge serue bone et fidelis / quia super pauca fuisti fidelis supra multa te constituā. Intra in gaudiū domini tui. Secundū Marcum. xiij.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Uidete: vigilate et

orate. Nescitis eñi: qñ tẽpus sit. Sicut homo q̇ peregre profectus reliq̇t domũ suã: ⁊ dedit seruis suis potestatẽ cuiusq̧ operis: ⁊ ianitori p̄cepit vt vigilet. Uigilate ergo. Nescitis eñi qñ dñs dom9 veniat / sero / an media nocte / an gallicãtu / an mane. Ne cũ venerit repẽte: inueniat vos dormientes. Quod aũt vobis dico: oĩb9 dico: vigilate. Scdz mat. xxiiij

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Uigilate: q̇a nescitis qua hora dñs vester ventur9 sit. Illud aũt scitote / qm̃ si sciret paterfamilias qua hora fur venturus esset: vigilaret vtiq̧ / et nõ sineret pfodi domũ suã. Ideo et vos estote parati: q̇a nescitis qua hora filius hoĩs vẽturus est. Quis putas est fidelis seru9 ⁊ prudẽs: quẽ cõstituit dñs supra familiã suã: vt det illis cibũ in tpe. Btũs ille seru9 quẽ cũ venerit dñs ei9 inuenerit sic facientẽ. Amen dico vobis: qm̃ sup õia bona sua ɔstituet eũ. Euãge. Homo q̇dã. vt s. i cõi. fo. iiij. In tpe pasc. Euãg. Ego sũ vitis vera. vt s. fo. j. Offr. Ueritas mea ⁊ mĩa mea cũ ipso: et in noĩe meo exaltabitur cornu eius. In tpe pasc alla. Offr. Inueni dauid seruũ meũ: ⁊ in oleo sctõ vnxi eum man9 eñi mea auxiliabit' ei ⁊ brachiũ meũ confortabit eũ. In tpe pasc. alleluya. Secreta.

Propitiare q̄s dñe supplicationibus nostris: et intercedente pro nobis btõ N. confessore tuo atq̧ põtifice his sacramẽtis celestib9 seruientes: ab oĩ culpa liberos esse cõcede: vt purificãte nos gratia tua: eisdẽ q̇b9 famulamur mysteriis emũdemur. Per. Alia secre.

Respice q̄s dñe munera populi tui in bti N. cõfessoris tui atq̧ põtificis honore oblata et tue testificatio veritatis nobis proficiat ad salutẽ. Per do.

Cõ. Domine quinq̧ talenta tradidisti mihi ecce alia quinq̧ superlucratus sum: euge serue fidelis: q̇a in pauca fuisti fidelis: supra multa te cõstituã: intra in gaudiũ dñi tui. In tpe pasc. alla. Cõ. Btũs seru9 quẽ cũ venerit dñs inuenerit vigilãtẽ: amẽ dico vobis sup oĩa bona sua cõstituet eũ. In tpe pasc. alla alla. Cõ. Fidelis seruus et prudẽs: quẽ cõstituit dñs super familiã suã: vt det illis in tẽpore tritici mensuram. In tpe pascha alla alla. Postcõio.

Presta q̄s dñe deus nr̃: vt diuinis mysteriis expiati: itercedẽte btõ N. cõfessore tuo atq̧ põtifice: ad superni plenitudinẽ sacramẽti cui9 libamur9 sancta tendamus. Per d. Alia postcõio.

Quos tuis dñe reficis sacramentis sancti N. confessoris tui atq̧ põtificis attolle benignus suffragiis: vt nr̃e redẽptionis effectũ: et mysteriis capiamus et mentibus. Per dñm. ¶ In natali vni9 cõfessoris et doctoris. Offi.



Sacerdotes dei benedicite dñm: sancti et humiles corde / laudate deũ. In tpe paschali. alleluya alla alla. Ps. Benedicite oĩa opera dñi dñm: laudate et superexaltate eũ in scl'a. Gloria. Orõ.

Exaudi dñe preces nostras: quas in sctĩ N. cõfessoris tui atq̧ doctoris solennitate deferim9: vt q̇ tibi digne meruit famulari: ei9 precib9 ab oĩb9 nos absolue pctis. Per. Lcõ libri sapiẽ. xlvij

Dedit dñs ɔfessionẽ sctõ suo et excelso in verbo glorie. De oĩni corde suo laudauit dñm et dilexit deũ qui fecit illũ. Et dedit illi cõtra inimicos potẽtiã: et stare fecit cãtores contra altare ⁊ in sono eorũ dulces fecit modulos. Et dedit in celebrationibus decus: et ornauit tẽpora vsq̧ ad consummationẽ vite vt laudarẽt nomen sanctũ dñi: et amplificarẽt mane sanctitatẽ dei. Christ9 purgauit peccata ipsius: et exaltauit in eternum cornu eius. Sapiẽtia laudabit animã suã: ⁊ in dño honorabitur / ⁊ in medio populi sui gloriabit'. Et in ecclesiis altissimi aperiet os suũ: et in conspectu virtutis ipsius gloriabit'. In medio populi exaltabit': et in plenitudine sancta admirabitur. In multitudine electorũ habebit laudem: et inter benedictos / benedicetur. Lectio libri sapientie. vii.

Optaui et datus est mihi sensus: et inuocaui: et venit in me spũs sapientie. Et preposui illã regnis et sedibus et diuitias nihil esse dixi in cõparatione

illius. Nec cóparaui illi lapidē preciosū quia omne aurū in cóparatióe illi⁹ arena est exigua/ & tanq̄ lutū estimabit argentū in cóspectu illi⁹. Sup salutē & speciē dilexi illā: & pposui pro luce habere illā: qm inextinguibile est lumē illius. Venerūt aūt mihi oīa bona pariter cū illa & innumerabilis honestas per man⁹ illius et letat⁹ sū in oībus qm antecedebat me ista sapiētia/ & ignorabā: qm horoim mr̄ est. Quā sine fictione didici: et sine inuidia cómunico Et honestatē illi⁹ nō abscō do. Gr. Iurauit dñs & nō penitebit eū tu es sacerdos in eternū secūdū ordinē melchisedech. V. Dixit dñs domino meo sede a dextris meis. Alla. V. Amauit eū dñs et ornauit eū: stola glorie induit eum. Sequentia de cómuni vnius confessoris et pótificis: quere supra folio. ix. Infra. lxx. Tr. Beatus vir. vt supra folio. ix. Secundū Matheū. v.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Uos estis sal terre. Quod si sal euanuerit: in quo salietur. Ad nihilū valet vltra/ nisi vt mittat foras: et cóculcetur ab hominib⁹. Uos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscōdi supra mōtē posita/ neq̄ accēdūt lucernā/ et ponūt eā sub modio/ sed sup candelabrū: vt luceat oībus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra corā hoībus: vt videāt opera vestra bona/ et glorificēt patrē vestrum qui in celis est. Nolite putare: quoniā veni soluere legē aut prophetas. Non veni soluere sed adimplere. Amē dico vobis: donec trāseat celū et terra/ iota vnū aut apex vnus/ nō pteribit a lege donec oīa fiant. Qui ergo soluerit vnū de mādatis istis minimis: & docuerit sic homines minim⁹ vocabitur in regno celorū. Qui autē fecerit et docuerit: hic magn⁹ vocabitur in regno celorum. Offr. Ueritas mea et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. In tempore pascha alleluya. Secreta.

Munera quesumus domine tibi dicata sanctifica: et intercedēte beato N. cōfessore tuo atq̄ doctore per eadē nos placatus intēde. Per do. Cōio

Fidelis seruus et prudēs quē cōstituit dñs super familiā suā: vt det illis in tpe tritici mensurā. In tpe pascha alleluya alla. Postcōio.

Presta quesumus omnipotēs deus/ vt de perceptis muneribus gratias exhibentes: intercedente beato N. cōfessore tuo atq̄ doctore/ beneficia potiora sumamus. Per dñm. ¶ In natali vnius confessoris et abbatis. Offiū.



Os iusti meditabitur sapientiam: et lingua eius loquetur iudiciū lex dei eius in corde ipsius. Ps. Noli emulari in malignantibus: neq̄ zelaueris facientes iniquitatem. Gloria patri. Oratio.

Deus qui beatū N. confessorē tuū atq̄ abbatē sāctitatis gratia decorasti: ipsius meritis fac nos bonis operibus abūdare/ vt a te summo bono: omne quod expedit mereamur impetrare Per dñm. Lectio libri sapientie. xxxix.

Iustus cor suū tradet ad vigilādū diluculo/ ad dñm qui fecit illū: & in cōspectu altissimi deprecabitur. Aperiet os suū in oratione: & pro delictis suis deprecabitur. Si enī magn⁹ dñs voluerit spū intelligentie replebit illū. Et ipse tāq̄ imbres mittet eloquia sapientie sue: & in oratione cōfitebitur dño. Et ipse diriget cōsiliū ei⁹ & disciplinā: & in abscōditis suis cōsiliabit. Et ipse palā faciet disciplinā doctrine sue: et in lege testamenti dñi gloriabitur. Collaudabūt multi sapientiā eius et vsq̄ in seculū nō delebit. Non recedet memoria eius: & nomen eius requiret a gnatióe in generationē. Gr. Os iusti meditabit sapiētiā & lingua ei⁹ loq̄ iudiciū. V. Lex dei ei⁹ in corde ipsius: & nō supplantabūt gressus ei⁹. Alla. V. Posui adiutoriū sup potētē & exaltaui electū de plebe mea Sequentia. Adest nobis. vt s. fo. ix. vel Tr. Desideriū aīe. vt s. fo. iii. Scd'z Lu. xi

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Nemo accēdit lucernā et in abscōdito ponit neq̄ sub modio: sed sup cādelabrū vt q̄ ingrediūtur lumē videant. Lucerna corporis tui est ocul⁹ tuus

Si oculus tuus fuerit simplex: totũ cor
pus tuũ lucidũ erit. Si autẽ neq̃ fuerit
etiã corpus tuũ tenebrosum erit. Uide
ergo ne lumen qđ in te est: tenebre sint.
Si ergo corpus tuũ lucidũ fuerit nõ ha
bens aliquã partẽ tenebrarũ erit lucidũ
totũ. Et sicut lucerna fulgoris illumina
bit te. Offer. Desideriũ aĩe eius tribuisti ei
dñe: et volũtate labiorũ ei⁹ nõ fraudasti eũ/ po
suisti i capite ei⁹ coronã de lapide p̃cioso. Sec.

Sacrificiũ dñe qđ pro sancti N. cõ
fessoris tui atqз abbatis solenni
tate deferimus/ tibi q̃s fiat acceptum: ⁊
eius interuenietibus meritis/ nobis au
geat te donãte suffragiũ. Per. Cõ. Fide
lis seru⁹ ⁊ prudẽs quẽ cõstituit dñs sup familiã
suã: vt det illis in tpe tritici mensurã. In tem
pore paschali all'a alleluya. Postcõio.

Libantes dñe sacrosancta myste
ria pretende nobis q̃s misericor
diã tuã: vt que votis expetim⁹ interce=
dente btõ N. ɔfessore tuo atqз abbate: cõ
uersatiõe tibi placita cõsequamur. Per
dñm. ¶ De quocunqз confes. Officium.

Os iusti meditabitur sapi=
entiã: ⁊ lingua eius loque=
tur iudicium/ lex dei eius
in corde ipsi⁹. Ps. Noli emu
lari in malignantibus neqз zela
ueris facientes iniquitatem. Oratio.

Adesto dñe p̃cibus nostris quas
in sctĩ N. cõfessoris tui solẽnita=
te deferim⁹ vt q̃ nr̃e iusticie fiduciam nõ
habem⁹ ei⁹ q̃ tibi placuit meritis et p̃ci=
bus adiuuemur. p. Lcõ libri sapiẽtie. x.

Iustũ deduxit dñs per vias rectas
et ostendit illi regnũ dei. Et dedit
illi scientiã sctõrũ honestauit illũ in labo=
ribus: ⁊ ɔpleuit labores illi⁹. In fraude
circũuenientiũ illi affuit et honestũ fecit
illũ. Custodiuit eũ ab inimicis/ ⁊ a sedu=
ctoribus tutauit illũ: et certamẽ forte de
dit illi vt vinceret/ ⁊ sciret q̃m oĩm potẽ=
tior est sapiẽtia. Hec venditũ iustũ nõ de
reliq̃t: sed a peccatorib⁹ liberauit eum.
Descẽditqз cũ illo in foueã: ⁊ in vinculis
nõ dereliquit illũ/ donec afferret illi sce=
ptrum regni/ et potẽtiam aduersus eos

qui eũ deprimebant. Et mendaces ostẽ=
dit/ qui maculauerũt illũ: et dedit illi cla
ritatẽ eternã dñs deus noster. Gr. Os
iusti meditabit' sapiẽtiã: ⁊ lingua ei⁹ loquet' iu=
diciũ. ỽ. Lex dei ei⁹ in corde ipsi⁹: ⁊ nõ supplan
tabũtur gressus ei⁹. All'a. ỽ. Posui adiuto=
riũ sup potentẽ: ⁊ exaltaui electũ de plebe mea
Seqñ. Adesto nob̃. vt s. fo. ix. vl tract⁹.
Desideriũ. vt s. fo. iij. Scđz matheũ. xiiij.

In illo tẽpore. Dixit iesus discipu
lis suis. Uidete: vigilate/ et orate
Nescitis eñ quãdo tẽpus sit. Sicut ho=
mo qui peregre profect⁹ reliquit domũ
suã: ⁊ dedit seruis suis potestatẽ cuiusqз
operis et ianitori precepit vt vigilet. Ui
gilate ergo. Nescitis eñ quãdo dñs do
m⁹ veniat/ sero/ an media nocte: an gal
licantu: an mane. Ne cũ venerit repen=
te: inueniat vos dormientes. Quod au
tem vobis dico/ omnibus dico/ vigilate
Offer. Desiderium anime eius tribuisti ei
domine: et voluntate labiorũ eius non frauda
sti eum posuisti in capite eius coronam de lapi
de precioso. In tpe paschali. all'a. Secreta

Suscipe dñe sacrificiũ placatiõis
⁊ laudis qđ nos interueniẽte btõ
N. cõfessore tuo perducat ad veniã: et in
ppetuã gratiarũ ɔstituat actionẽ. Per.
Cõio. Fidelis seruus et prudẽs quẽ cõstitu
it dñs super familiã suã: vt det illis in tpe triti
ci mensurã. In tpe pasc. all'a all'a. Postcõio.

Presta q̃s oñps de⁹: vt cui⁹ festiui=
tate votiua sunt sacramẽta: ei⁹ sa
lutaria nobis intercessiõe reddant. Per
¶ In natali plurimorũ cõfessorũ. Offiũ

Sacerdotes eius induãt
salutare: et sancti eius
exultatione exultabunt
In tempore paschali. al
leluya alleluya alleluya
Ps. Memento domine da
uid et omnis mãsuetudinis
eius. Gloria patri. Sicut erat. Oratio.

Beatorũ cõfessorũ tuorũ N. et N.
nos quesum⁹ dñe tuere presidĳs
vt quorũ festiuitatẽ annua deuotione re
colimus: eorũ intercessione ab oĩbus ad
uersitatib⁹ eruamur. Per. Alia oratio.

Deus q̄ nos sctōꝝ cōfessoꝝ tuoꝝ N. & N. ꝯfessionib⁹ gloriosis circūdas et protegis: da nobis et eoꝝ imitatione pficere: et intercessione gaudere. Per dn̄m nostrū. Ad Hebreos. vij.

Fratres. Plures facti sunt sacerdotes scd̄m legē: idcirco q̄d morte phiberent̄ pmanere. Jesus aūt eo q̄ maneat in eternū: sempiternū habet sacerdotiū. Unde et saluare imppetuū potest: accedēs per semetipsū ad deū semp viuēs ad interpellandū pro nobis. Talis eīn decebat vt nobis esset pōtifex: sanctus/innocēs/impollut⁹/segregatus a pctōribus/et excelsior celis factus. Qui nō habet quotidie necessitatē queadmodū sacerdotes pri⁹ p suis delictis hostias offerre/deinde pro populo. Hoc eīn fecit semel se offerēdo: dn̄s nr̄ iesus xp̄s. Gr. Sacerdotes ei⁹ induāt salutare: et scti eius exultatione exultabūt. ℣. Jllic producam cornu dauid: paraui lucernā christo meo. Alla. ℣. Fulgebūt iusti: et tāq̄ scintille in arundineto discurrēt i eternū. Nulla vꝫ sequē. licet noue lectiōes fiāt. Scd̄m Lucā. xij.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Sint lūbi vestri precincti: et lucerne ardētes in manib⁹ vr̄is. Et vos similes hoībus expectātib⁹ dn̄m suū: qn̄ reuertat̄ a nuptijs. Ut cū venerit et pulsauerit: cōfestim aperiant ei. Beati serui illi: quos cū venerit dn̄s/inuenerit vigilātes. Amen dico vobis: q̄ precinget se: et faciet illos discūbere/et transiens ministrabit illis. Et si venerit in secūda vigilia: et si in tertia vigilia venerit/et ita inuenerit: vti sunt serui illi. Hoc autē scitote: quoniam si sciret pater familias qua hora fur veniret/vigilaret vtiq̄/& nō sineret pfodi domū suā Et vos estote parati: q̄a qua hora nō putatis filius hominis veniet. Secundū matheum. x.

In illo tempore. Misit iesus duodecim discipulos suos: precipiens eis et dicens. In viam gentium ne abieritis: et in ciuitates samaritanorum ne intraueritis: sed potius ite ad oues que perierūt dom⁹ israel. Euntes autē predicate dicētes: quia appropinquauit regnum celorum. Infirmos curate/mortuos suscitate/leprosos mūdate/demones eijcite. Gratis accepistis: gratis date. Offr. Exultabunt sancti in gloria letabuntur in cubilibus suis/exultationes dei in faucibus eorū. In tpe pasc. alla alla. Secreta.

Adesto domine precibus populi tui adesto muneribus: vt que sacris sunt oblata mysterijs/tuorum tibi placeant intercessione sanctorum. Per dominum nostrum. Cōio. Ego vos elegi de mundo: vt eatis et fructū afferatis/et fructus vester maneat. In tempore paschali. alleluya alleluya. Postcommunio.

Fidelis tui deus celestis doni remedijs recreentur: et sanctorum confessoꝝ tuoꝝ precibus ab oībus quesumus emundētur delictis. Per. ¶ In natali vnius virginis & mart. Officiū.

Dilexisti iustitiā et odisti iniq̄tatē: ppterea vnxit te de⁹ de⁹ tuus oleo letitie pre cōsortibus tuis. In tpe pascha. alla alla alla. ps. Eructauit cor meū verbum bonū dico ego opera mea regi. Gloria. Aliud officium.

Loquebar de testimonijs tuis in conspectu regū et non cōfundebar: et meditabar in mādatis tuis que dilexi nimis. ps. Beati immaculati in via qui ambulant in lege dn̄i. Aliud offici.

Me expectauerunt peccatores vt pderēt me testimonia tua dn̄e intellexi/omnis consummationis vidi finem: latum mandatum tuū nimis. ps. Beati immaculati in via qui ambulant in lege domini. Oratio.

Exaudi nos deus salutaris noster: vt sicut de btē N. virginis & martyris tue festiuitate gaudemus: ita pie deuotionis erudiamur affectu. Per d. nostrū iesum. Lectio libri sapientie. li.

Domine deus meus exaltasti sup terram habitationē meā: et pro morte defluēti depcata sum. Inuocaui

dñm patrē dñi mei: vt nō derelinquat me in die tribulatiōis mee: ⁊ in tpe superborū sine adiutorio. Laudabo nomen tuū assidue: et collaudabo illud in cōfessione et exaudita est orō mea. Liberasti me a perditione: ⁊ eripuisti me de tpe iniquo Propterea ꝯfitebor ⁊ laudē dicā noi tuo dñe deus meus. Lectō libri sapientie. li.

Confitebor tibi dñe rex: ⁊ collaudabo te deū saluatorē meū. Cōfitebor noi tuo qm̄ adiutor et ꝓtector factus es mihi: et liberasti corpꝰ meū a pditione. A laqueo lingue inique: et a labijs operantiū mendatiū. Et in cōspectu astantiū factꝰ es mihi adiutor: ⁊ liberasti me scd̄m multitudinem mie nois tui. A rugiētibus p̄paratis ad escā: de manibus querentiū animā meā/ et de portis tribulationū q̄ circūdederūt me: ⁊ a pressura flāme q̄ circūdedit me et in medio ignis nō sum estuata. De altitudine vētris inferi ⁊ a lingua coinq̄nata: ⁊ a verbo mēdatij: a rege iniquo et a lingua iniusta. Laudabit vsqꝫ ad mortem aīa mea dñm/ ⁊ vita mea appropinquās erat in inferno deorsū. Circūdederūt me vndiqꝫ/ ⁊ nō erat q̇ adiuuaret. Respiciēs erā ad adiutoriū hoīm et nō erat. Memorata sum mie tue dñe: et cooperatiōis tue que a seculo sunt. Qm̄ eruis sustinētes te et liberas eos de manu angustie: dñe deus meus. Lectio libri sapiētie. xxiiij.

Sapiētia laudabit animā suā/ et in dño honorabitur/ et in medio populi sui gloriabit̄. Et in ecclesijs altissimi aperiet os suū: ⁊ in cōspectu virtutis illius gloriabit̄. In medio populi exaltabitur: et in plenitudine sancta admirabitur. In multitudie electorū habebit laudē/ et inter benedictos benedicet̄ dicēs. Ego ex ore altissimi ꝓdiui: primogenita ante oēm creaturā. Ego quasi libanꝰ nō incisus vaporaui habitationē meam: et quasi balsamū nō mixtū/ odor meꝰ Ego quasi terebintus extendi ramos meos: et rami mei honoris et gratie. Gr. Dilexisti iustitiā et odisti iniquitatē. V. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo letitie. Gr.

Specie tua et pulchritudine tua: intēde prospere ꝓcede et regna. Vꝰ. Propter veritatē et mansuetudinē et iusticiā ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. Gr. Audi filia ⁊ vide: ⁊ inclina aurē tuā: quia cōcupiuit rex speciē tuā. Vꝰ. Specie tua ⁊ pulchritudine tua: intēde ꝓspere ꝓcede ⁊ regna. Gr. Propter veritatē ⁊ mansuetudinē ⁊ iustitiā: ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. V. Audi filia ⁊ vide inclina aurē tuā q̇a cōcupiuit rex speciē tuā. Alla. Vꝰ. Emulor eī̄m vos dei emulatione: despōdi vos vni viro ꝟginē castā exhibere xp̄o. Alla. V. Ueni electa mea/ ⁊ ponā te in thronū meū quia cōcupiuit rex speciē tuā. Alla. V. Specie tua et pulchritudine tua intēde ꝓspere ꝓcede et regna. Alla. V. Diffusa est grā in labijs tuis: propterea bn̄dixit te deꝰ ieternū. Alla. Vꝰ. Hec est virgo sapiens: quā dñs vigilātem inuenit. Alla. Vꝰ. Loquebar de testimonijs tuis in cōspectu regū: et non confundebar. Tractus

Diffusa est grā in labijs tuis/ propterea benedixit te deꝰ in eternū. V. Specie tua et pulchritudine tua: intēde ꝓspere procede et regna. V. Propter veritatē ⁊ mansuetudinē et iustitiā: et deducet te mirabiliter dextera tua. V. Audi filia et vide ⁊ inclina aurē tuā: quia concupiuit rex speciē tuā. Sequentia.

Exultemꝰ in hac die festiua. Recolētes dñi magnalia in sctis q̄ operat̄ maxia. Qui inter sua potētie mira/ in virginū est maximꝰ glīa Sua eīn glīa mūdi viluit virginibꝰ pōpa Atqꝫ contra p̄cepta regū restitit virginalis pugna. Fuerit rabies vesana deuicta tristatur malitia. Crudescit i carne tenera maiora exq̄rit tormēta. Sed tūc stat firmior caro ꝟginea. Cū multiplicant̄ noua supplicia. Pro eterna quā expectant a deo glīa. Letant̄ mortalia affligi sua corpa Qr sūt trāsitoria. Et in motu subito labētia mūdi gaudia. Ut flores decidua. Ex hac virginea forte claruit. N. Cuiꝰ hodie celebramꝰ solēnia splēdēs iter alias vt lucifer iter minores stellas Uirgo btā fortiter ferēs oia nec mori recusans pro glīa: ꝓ nobis pie deū exora. Ut tecū in aula exultemꝰ ethera pace perpetua. Pro sanctorum virgo gloriosa collaude

mus dominũ in gloria. Sedz mat. xiij.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis parabolã hãc. Simile est regnũ celorũ thesauro abscondito in agro quẽ q̃ inuenit homo abscõdit: et pre gaudio illius vadit et vendit vniuersa que habet: et emit agrũ illũ. Iterũ simile est regnũ celorũ homini negotiatori querẽti bonas margaritas. Inuẽta autẽ vna preciosa margarita: abijt et vẽdidit oia que habuit/ et emit eã. Iterũ simile est regnũ celorũ sagene misse in mare / ⁊ ex omni gñe pisciũ congreganti. Quã cũ impleta esset educẽtes ⁊ secus littus sedentes: elegerũt bonos in vasa sua / malos autẽ foras miserũt. Sic erit in consummatione seculi. Exibũt angeli et separabũt malos de medio iustorũ. Et mittẽt eos in caminũ ignis: ibi erit fletus ⁊ stridor dentiũ. Intellexistis hec oia. Dicũt ei. Etiã. Ait illis. Ideo ois scriba doctꝰ in regno celorũ: similis est homini patri familias: qui profert de thesauro suo noua et vetera. Offr. Filie regũ in honore tuo astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circũdata varietate. Offr. minus. Offerentur regi virgines post eã/ proximi eiꝰ offerẽtur tibi. In tpe pasc. alla. Offr. maius. Offerentur regi virgines post eã: proxime eius offerentur tibi/ in leticia et exultatione: adducẽtur in tẽplũ regi dño. Offr. Diffusa est gratia in labijs tuis: ꝓptera bñdixit te deus in eternũ ⁊ seculum seculi. Secreta.

Hostias dñe quas tibi offerimus propitius respice: et intercedẽte beatã N. virgine tua et martyre/ vincula peccatorũ nostrorũ absolue. Per. Cõ. Diffusa est gratia in labijs tuis: ꝓpterea benedixit te deus in eternũ. In tpe paschali. alleluya alleluya. Cõip. Principes persecuti sunt me gratis: et a verbis tuis formidauit cor meũ; letabor ego super eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa: concupiuit aĩa mea testimonia tua dñe: et dilexit ea vehementer. Cõ. Feci iudiciũ et iusticiã: dñe nõ calũnient mihi supbi: ad oia mãdata tua dirigebar: oẽm viam iniq̃tatis odio habui. Cõ. Simile est regnũ celorũ hoi negotiatori: querẽti bonas margaritas: inuẽta vna p̃ciosa margarita: dedit oia sua ⁊ cõparauit eã. Cõ. Quinq; prudẽtes virgines acceperũt oleũ in vasis suis cũ lãpadibꝰ media autẽ nocte clamor factus est: ecce sponsus venit: exite obuiã christo dño. Postcõio.

Placeãt tibi quesumꝰ misericors deus/ nostre seruitutis obsequia vt mysteria sacrosancta que sumpsimꝰ: intercedẽte beata N virgine tua ⁊ martyre: et tuam gratiam nobis concilient: et eterne felicitatis gaudium subministrent. Per dñm nostrum. ¶ In natali vnius virginis non martyris Officiũ.



Dilexisti iustitiã et odisti iniq̃tatẽ: ꝓpterea vnxit te deꝰ deꝰ tuus oleo leticie pre cõsortibus tuis. In tpe pascha. alla alla alla. ꝑ. Eructauit cor meũ verbum bonũ dico ego opera mea regi. Gloria patri et filio. Sicut erat Oratio.

Omnipotens sempiterne deꝰ / auctor virtutis ⁊ amator virginitatis da nobis sctẽ N. virginis tue placitis tibi meritis cõmendari cuius vita merito castitatis tibi cõplacuit. Per. ij. Corinthio. x

Fratres. Qui gloriat in dño glorietur. Nõ eni q̃ seipsum cõmendat ille probatus est sed quẽ deus cõmẽdat Utinam sustineritis modicũ quid insipientie mee: sed et supportate me. Emulor enim vos dei emulatione. Despondi enim vos vni viro virginem castã exhibere christo. Lectio libri sapien. viij.

Sapientia vincit malitiam: attingit ergo a fine vsq; ad finem fortiter: et disponit oia suauiter. Hãc amaui et exquesiui a iuuẽtute mea: et quesiui eã sponsam mihi assumere/ ⁊ amator factus sum forme illius. Generositatẽ illius glorificat/ contuberniũ habẽs dei sed ⁊ omniũ dñs dilexit illam. Doctrix est eni discipline dei et electrix operũ illius. Lectio Esaye prophete. lxj. et. lxij.

Gaudẽs gaudebo in dño: ⁊ exultabit aĩa mea i deo meo. Qr induit me vestimẽto salutis ⁊ indumẽto leticie circũdedit me. Quasi spõsũ decoratũ corona ⁊

quasi spōsam ornatā monilib⁹ suis. Si-
cut enim terra profert germē suū / et sicut
ortus semen suū germinat: sic dn̄s deus
germinabit iusticiā / et laudē corā vni
uersis gētib⁹. Habitabit enim iuuenis cū
virgine & habitabūt in te filiū tui. Et gau
debit spōsus super sponsam: et gaudebit
super te deus tuus. Dicit dn̄s ops. Gr.
Diffusa est gratia in labijs tuis ꝓpterea bn̄-
dixit te deus ineternū. V. Propter veritatem
et mā̄suetudinē et iusticiā: et deducet te mirabi
liter dextera tua. Gr. Dilexisti iusticiā & odi
sti iniquitatē. V. Propterea vnxit te deus de⁹
tu⁹ oleo leticie. Alla. V. Diffusa est grā in la
bijs tuis: ꝓpterea bn̄dixit te de⁹ ieternū. Alla.
V. Emulor enim vos dei emulatione: despōdi
vos vni viro ↄ̄gine castā exhibere xp̄o. Seque.

Virginis venerande de numero
sapiētū: festa celebrem⁹ socij. Fi
lie matris summi regis sacrosctē marie
Quā sibi in sororem dei adoptauit fili⁹.
Hec corp⁹ suū domauit freno ieiunij. Et
luxuriā secuit ense agonie. Hec cōtra cū-
ctos hostis dimicauit impetus. Et hostē
cruentū freta xp̄i dextera strauerat Hec
spōsum ab aula celi sese inuisentē alacris
Corde iocūdo secuta: et⁹ est ingressa tha
lamū. Tuqꝫ iam dulcibus plena delicijs
Xp̄o miserias nr̄as suggerito. Nobis cō
solationē precādo. Scdm Matheū. xxv

In illo tpe. Dixit iesus discipulis
suis parabolam hanc. Simile est
regnū celorū decē virginib⁹: q̄ accipiē-
tes lāpades suas exierūt obuiā sponso &
sponse. Quinqꝫ aūt ex eis erant fatue: et
qnqꝫ prudentes. Sed quinqꝫ fatue acce
ptis lāpadibus / nō sumpserūt oleū secū.
Prudētes vero: acceperūt oleū in vasis
suis cū lampadibus. Morā aūt faciente
spōso dormitauerūt oēs et dormierūt
Media aūt nocte clamor factus est ecce
spōsus venit: exite obuiā ei. Tunc surre
xerunt oēs virgines ille et ornauerūt
lampades suas. Fatue aūt sapiētibus di
xerunt. Date nobis de oleo vestro quia
lampades nostre extinguūtur. Rñderūt
prudentes dicentes. Ne forte non suffi-
ciat nobis et vobis: ite potius ad vendē
tes & emite vobis. Dum aūt irent eme-
re: venit sponsus. Et que parate erāt / in
trauerunt cū eo ad nuptias: & clausa est
ianua Nouissime vero veniūt & relique
virgines dicētes. Dn̄e dn̄e: aperi nobis
At ille respondēs: ait. Amen dico vobis
nescio vos Vigilate itaqꝫ q̄a nescitis diē
neqꝫ horā. Offr. Offerentur regi ↄ̄gines
post eā proxime eius offerētur tibi. Secreta

Offerimus tibi dn̄e preces et mune
ra in honore sctē N. virginis tue
gaudētes / presta q̄s: vt & cōuenienter hec
agere: et remediū sempiternū valeam⁹
acq̄rere. p. Cō. Diffusa est grā i labijs tuis
ꝓpterea bn̄dixit te deus ineternū. Postcōio.

Prosint nobis dn̄e q̄s sumpta mi
steria pariterqꝫ nos intercedēte
btē virgine tua N. & a petis exuāt & pre
sidijs tue propiciationis attollāt. Per.
In natali plurimarū virgi. Officium



Vultū tuū deprecabūtur
oēs diuites plebis ad
ducētur regi virgines
post eam / proxime eius
adducentur tibi in leti-
cia et exultatione. ps.
Eructauit cor meum verbum bonū: dico ego
opera mea regi. Gloria patri. Oratio.

Deus qui vt humanū gen⁹ ad cō-
fessionē tui nominis prouocares:
etiā in sexu fragili victoriā martyrij con
tulisti: presta quesumus: vt ecclesia tua
hoc exemplo commonita: nec pati pro te
metuat / et celestis premij gloriam con-
cupiscat. Per dn̄m. i. Corinthiorū. vij.

Fratres. De virginib⁹ aūt prece
ptum dn̄i nō habeo: cōsiliū aūt do
tanq̄ miam cōsecutus a dn̄o vt sim fide-
lis. Existimo enim hoc bonū esse ꝓpter in-
stantē necessitatē: qm̄ bonū est hoi sic esse
Alligatus es vxori / noli querere solutio
nem Solutus es ab vxore noli querere
vxorē. Si aūt acceperis vxorē nō pecca
sti Et si nupserit virgo: nō peccauit. Tri
bulationē tn̄ carnis: habebunt huiusmo
di. Ego aūt vobis parco. Hoc itaqꝫ dico
fratres: tēpus breue est. Reliquū est: vt
et q̄ habent vxores: tanq̄ non habentes

sint. Et qui flent tanq̃ nõ flentes. Et qui gaudẽt: tanq̃ nõ gaudẽtes. Et qui emũt tanq̃ nõ possidẽtes. Et qui vtuntur hoc mũdo: tanq̃ nõ vtantur. Preterit enĩ figura hu9 mũdi. Uolo autẽ vos sine sollicitudine esse. Qui sine vxore est/ sollicitus est q̃ dñi sunt: quomodo placeat deo Qui aũt cũ vxore est: sollicitus est q̃ sunt huius mũdi: quõ placeat vxori/ & diuis9 est. Mulier innupta et virgo cogitat q̃ dñi sunt: vt sit sctã corpore & spũ. In xp̃o iesu dño nostro. Lcõ libri sapientie. iiij.

O q̃ pulchra est casta gñratio: cũ claritate. Immortalis est enĩ memoria illius: quoniã et apud deũ nota est/ & apud hoies. Cum presens est imitantur illã/ et desiderãt eam cum se eduxerit & imperpetuũ coronata triumphat incoinquinatorũ certaminũ premium vincẽs. Multigena enĩ impiorũ multitudo non erit vtilis: et spuria vitulamia nõ dabũt radices altas/ nec stabile firmamentum collocabũt et si in ramis in tpe germinauerit infirmiter posita a vẽto cõmouebũtur: & a nimietate ventorũ eradicabunt. Confringẽtur enĩ rami inconsummati: et fruct9 illorũ inutiles et acerbi ad mãducãdũ/ et ad nihilũ apti. Ex iniquis enĩ oẽs filij qui nascũtur testes sũt nequitie: aduersus parẽtes in interrogatiõe sua Iust9 aũt si morte preoccupatus fuerit in refrigerio erit. Gr. Exultabũt sctĩ in gloria: letabũtur in cubilibus suis. V. Cantate dño canticũ nouũ laus eius in ecclesia sanctorũ Gr. Gloriosus de9 in sctis suis: mirabilis in maiestate faciẽs p̃digia. V. Dextera tua dñe glorificata est in virtute: dextera man9 tua cõfregit inimicũ. Alla. V. Adducẽtur regi virgines posteã proxime eius offerentur tibi in leticia et exultatione. Euãge. Simile est regnũ celorũ decẽ virgi. vts. in officio predẽti. Offr. Offerentur regi virgines post eam: proxime eius offerentur tibi. Secreta.

Hec nos q̃s dñe beatarũ virginũ & martyrũ tuarũ. N. et N. cõtinuis presidijs adiuuari/ p̃ quarũ venerãda recordatiõe hec dona maiestati tue dicãda offerim9. Per. Cõ. Quinque prudẽtes virgines acceperũt oleũ in vasis suis cũ lãpadib9: media autẽ nocte clamor fact9 est/ ecce spõs9 venit exite obuiã xp̃o dño. Postcõio.

Uegeta quesum9 oĩpotẽs deus: vt qui in sanctarũ virginũ & martyrũ tuarũ. N. & N. solẽnitate percepimus diuina mysteria: earũ intercessione remedia capere mereamur eterna. Per. ¶ De virginibus & mart. Oratio

Omñs sempiterne deus q̃ nos idoneos nõ esse perpẽdis ad maiestatẽ tuã sicut dignũ est exorandã fac sctãs virgines tuas N. et N. p̃ nostris interuenire petis/ quarum meritis nobis indulgẽtiam largiaris. Per. Secreta.

Intercedentibus sctis virginibus tuis N. et N. dñe q̃sumus plebis tue mun9 sctifica: vt ab oĩbus noxijs expedita: & hic et in eternũ cũcta sibi p̃ futura percipiat. Per dominũ. Postcõio.

Quesum9 dñe de9 nr̃: vt sacri mysterij mun9 indultũ intercedẽtibus sctis virginib9 tuis N. et N. et presentis nobis vite subsidiũ: & eternitatis largiatr effectũ. p. ¶ De nõ virgi. Intro.

Gaudeam9 oẽs in dño diem festũ celebrãtes sub honore vtẽ N. de cui9 solennitate gaudẽt angeli et collaudãt filium dei. Ps. Eructauit cor meũ vbũ bonũ: dico ego opa mea regi. Orõ.

Exaudi nos deus salutaris noster vt sicut de vtẽ N. festiuitate gaudemus: ita pie deuotionis erudiamur affectu. Per. Lctõ libri sapiẽtie. vltimo

Mulierẽ fortẽ quis inueniet procul et de vltimis finibus preciũ eius. Confidit in ea cor viri sui: & spolijs nõ indigebit. Reddet ei bonũ & non malum oĩbus diebus vite sue. Quesiuit lanã & linũ: et operata est consilio manuum suarũ. Facta est quasi nauis institoris: de lõge portans panẽ suũ. De nocte surrexit: deditq3 predã domesticis suis: et cibaria ancillis suis. Considerauit agrum et emit eum: de fructu manuum suarũ plãtauit vineã. Accinxit fortitudine lũbos suos roborauit brachiũ suum.

Gustauit et vidit quia bona est negotia tio eiꝰ nõ extinguet in nocte lucerna eiꝰ Manũ suã misit ad fortia: et digiti eius apphẽderũt fusũ. Manũ suã aperuit inopi / et palmas suas extẽdit ad pauperẽ. Nõ timebit domui sue a frigoribꝰ niuis oẽs enĩ domestici eiꝰ vestiti sunt duplicibus. Stragulatã vestẽ fecit sibi: byssus et purpura indumentũ eius. Nobilis in portis vir eiꝰ: qñ sederit cũ senatoribus terre. Syndonẽ fecit ꝛ vẽdidit: ꝛ cingulũ tradidit chananeo. Fortitudo ꝛ decor indumẽtũ eiꝰ: ꝛ ridebit in die nouissimo Os suũ aperuit sapiẽtie ꝛ lex clemẽtie in lingua eiꝰ. Considerauit semitas domꝰ sue: et panẽ ociosa nõ comedit Surrexerũt filie eiꝰ / et btissimã p̄dicauerũt ꝛ vir eiꝰ laudauit eã. Multe filie cõgregauerũt diuitias: tu supgressa es vniuersas. Fallax gr̃a: ꝛ vana est pulchritudo. Mulier timẽs dñm ipa laudabit. Date ei de fructu manuũ suaꝝ ꝛ laudẽt eã in portis opera eiꝰ. Gr. Propter veritatẽ et mãsuetudinẽ ꝛ iusticiã ꝛ deducet te mirabilit dextera tua. ℣. Audi filia et vide et inclina aurem tuã: quia concupiuit rex speciem tuam. Alla. ℣. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus ineternum. Prosa.

Mulier laudabilis fortis casta pa- rẽs mulieres sterilis opprobrio carẽs. Hec fructũ tricesimũ dedit coniugata: sed et sexagesimum viro viduata. Que in fortitudine lũbos castigauit / nũ q̄ carens lumie manu roborauit Cuius honorabilis nuptus / mũdus luctꝰ fuit / venerabilis etiã senectus. Ut sacro eloquio patet erit minime / dira põderatio cõtinẽtis aie Dilexit silẽtiũ dicẽs q̄ nesciuit / nec vnq̄ dominiũ in virũ q̄siuit. Hec non est de viduis / luxu secli mortuis / bonũ opata. Obsecratiõibus / et orõnibus semp occupata. Recepit hospicio vagas quã ablutio pedũ cõmẽdauit Et quos tribulatio pressit hos subsidio sacto recreauit N. sancta venerãda cuius festa recolenda redierũt annua Casta prudẽs ꝛ fidelis impetrare nobis velis: gaudia perpetua. Amen. Uacante. Alla Tractus.

Diffusa est gratia in labijs tuis propterea bñdixit te deꝰ ineternũ. ℣. Accingere gladio tuo circa femur tuũ potentissime. ℣. Specie tua ꝛ pulchritudine tua intẽde prospere procede ꝛ regna. Scdm matheũ. xiij.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis parabolã hanc. Simile est regnũ celorũ thesauro abscondito in agro: quẽ q̄ inuenit homo abscõdit et pre gaudio illiꝰ vadit et vẽdit vniuersa q̄ habet et emit agrũ illũ. Iterũ sile est regnũ celorũ hoi negociatori q̄renti bonas margaritas. Inuẽta aũt vna pciosa margarita / abijt et vẽdidit oia q̄ habuit ꝛ emit eã. Iterũ sile est regnũ celoꝝ sagene misse in mare et ex oĩni gñe pisciũ cõgregãti. Quã cũ impleta esset educẽtes et secꝰ littus sedẽtes / elegerunt bonos in vasa sua: malos aũt foras miserunt. Sic erit in cõsummatiõe scli. Exibũt angeli et separabũt malos de medio iustoꝝ. Et mittent eos in caminũ ignis: ibi erit fletꝰ et stridor dentiũ. Intellexistis hec oia. Dicũt ei. Etiã. Ait illis. Ideo ois scriba doctus in regno celorũ: similis est hoi patrifamilias: q̄ pfert de thesauro suo / noua ꝛ vetera. Offꝫ. Diffusa est gr̃a in labijs tuis propterea benedixit te deus ineternum. Offꝫ. Filie regum in honore tuo astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate. Secreta.

Accepta tibi domine sit sacre plebis oblatio: p tuoꝝ honore sctõꝝ quoꝝ se meritis pcepisse de tribulatione cognoscit auxiliũ. p. Cõ. Sile est regnum celorũ homini negociatori querẽti bonas margaritas: inuẽta vna preciosa margarita: dedit omnia sua: et comparauit eam. Postcõio.

Satiasti dñe familiã tuam muneribus sacris eius quesumꝰ interuẽtiõe nos refoue: cuius solẽnia celebramꝰ. per. ¶ Sequit̃ misse voti. siue cões q̄ dici pos. p septimanã. Et primo die do. de sctis. trinit. Lune de angelis. Mar. Salus populi. Mercurij de sctõ spiritu Iouis de venerabili sacramento. Veneris de scta cruce. Sab. de nostra dominã ¶ De sanctissima trinitate. Officium.


Enedicta sit sctā trinitas atqꝫ indiuisa vnitas: confitebimur ei: qꝛ fecit nobiscū misericordiam suā. In tempore paschali alla alleluya. ps. Benedicam⁹ patrē et filium cum sancto spiritu. Oratio.

Omnipotens sempiterne de⁹: q̄ dedisti famulis tuis in cōfessione vere fidei eterne trinitatis gloriā agnoscere: et in potētia maiestatis adorare vnitatē: q̄s vt eiusdē fidei firmitate / ab oībus semper muniamur aduersis. Qui viuis et regnas deus. Ad Romanos. xj.

O Altitudo diuitiarum / sapiētie / et sciētie dei: q̄ incōprehensibilia sunt iudicia ei⁹: ꝛ inuestigabiles vie ei⁹. Quis eni cognouit sensum dn̄i / aut q̄s consiliarius ei⁹ fuit. Aut q̄s prior dedit illi / et retribuet ei. Qm̄ ex ip̄o / ꝛ p ip̄sū / et in ip̄o sunt omnia: ip̄si gloria in secula seculorū amen. ij. Corinthiorum. xiij.

Fratres. Gr̄a dn̄i nostri iesu xp̄i / et charitas dei / et cōicatio scti spiritus: sit semp cū oībus vobis. In xp̄o iesu: dn̄o nr̄o. Gr. Bn̄dictus es dn̄e qui intueris abyssos: et sedes sup cherubin. V. Bn̄dicite deū celi: qꝛ fecit nobiscū miam suā. Alla. V. Bn̄dictus es dn̄e de⁹ patrū nr̄orum: ꝛ laudabilis in secula. Alla. V. Laudate pueri dominū: laudate nomē dn̄i: sit nomē domini benedictū ex hoc nunc et vsqꝫ in seculū. Sequentia.

Benedicta sit sctā trinitas deitas eterna: pariter coequalis gl̄ia. Deus genitor natus genitus cū sacro pneumate permanēs: sup oē qd̄ extat. Quib⁹ est semp vna volūtas: et a se discrepans haud vnq̄ triplicata persona. Nā cōstat deitas vna nō in tres deos diuisa: qd̄ fides fatetur a xp̄o orthodoxe edita. Hec nāqꝫ pellit delicta / patriā sedit serenam quā dulcē iubilāt agmina / simphoniā celica. Altitudo throni vestigia imitantur stolis cādidata. Operiuntqꝫ binas quas captāt post secli discrimina. Et nos quos illustrat gr̄a dei supna: dem⁹ nr̄a debita Quatenus caterua celica nobis maneat post funera socia. Ultimoqꝫ pacto discrimine possimus altis pfrui mox palatijs Quos pspicua lux flagrat accēsa ꝯstanti flāma q̄ deus est visio nr̄a et sal⁹ eterna. Angelorūqꝫ illustrat fortiter pectora: vt in xp̄o sola sua desingāt lumia. Hec nāqꝫ est illa sitis flagrās quam tūc sitient aīe sanctorū vel corpora Dum fuerint data perpetua eis pro nobis a iudice premia. Amen. Secundū Johannem. xv.

In illo tp̄e. Dixit iesus discipulis suis. Cū venerit paracly t⁹ quem ego mittā vobis a patre sp̄m veritatis q̄ a p̄re pcedit ille testimoniū phibebit de me. Et vos testimoniū phibebitis: qꝛ ab initio mecū estis. Hec locut⁹ sum vobis / vt nō scādalizemini Absqꝫ synagogis facient vos. Sed venit hora: vt oīs q̄ interficit vos: arbitret obsequiū se pstare deo Et hec facient vobis qꝛ nō nouerūt p̄rem neqꝫ me. Sed hec locut⁹ sum vobis: vt cū venerit hora eorū reminiscamini quia ego dixi vobis. Offr. Benedictus sit de⁹ pater vnigenitusqꝫ dei filius: sctūs quoqꝫ spiritus: quia fecit nobiscum misericordiam suam. In tempore paschali alla. Secreta.

Sanctifica q̄s domie de⁹ trinitas sctā p tui sctī nōis inuocationē huius oblatiōis hostiā et cooperāte sp̄u sctō per eā nosmetipsos tibi pfice mun⁹ eternū. Qui vi. eius. Prefa. Qui cū vnī. Co. Benedicimus deū celi: et corā omnibus viuētibus cōfitebimur ei qꝛ fecit dn̄s nobiscū miam suā. In tempore pasc. alla alla. Postcōio.

Proficiat nobis ad salutē corpis ꝛ aīe dn̄e de⁹ hui⁹ sacramēti susceptio: et sempiterne sctē trinitatis / eiusdēqꝫ indiuidue vnitatis ꝯfessio. In qua.

Missa de angelis ad missam. Officiū


Enedicite dn̄m oēs angeli ei⁹ / potētes virtute q̄ facitis verbū eius / ad audiendā vocē sermonum eius. In tempore paschali alleluya. p. Benedic anima mea domīo et omnia que intra me

sunt noi sancto eius. Kyrie eleyson Oratio

Perpetuum nobis domine tue mis
serationis presta subsidium: qui
bus et angelica prestitisti suffragia non
deesse. Per dominū. ¶ Lectio libri apo-
calipsis beati iohannis apostoli. xix.

In diebus illis. Dixit mihi ange-
lus. Scribe: bti q̄ ad cenā nuptia-
rū agni vocati sunt. Et dixit mihi. Hec
verba dei vera sunt. Et cecidi ad pedes
eius: bt adorarē eū. Et dixit mihi. Uide
ne feceris: cōseruus eiū tuus sum/et fra
trū tuoꝝ habentiū testimoniū iesu. Deū
adora. Gr. Bn̄dicite dn̄m oēs angeli ei⁹
potētes virtute q̄ facitis verbū eius V. Bn̄dic
aia mea dn̄o: et oia interiora mea nomen sctū
ei⁹. Alla. V. In cōspectu angeloꝝ psallam
tibi dn̄e deus meus. Scd'm iohannem. v.

In illo tpe. Erat dies fest⁹ iudeoꝝ
et ascēdit iesus hierosolymā. Est
autē hierosolymis ꝓbatica piscina/que
cognominat̄ hebraice bethsaida: quinqꝫ
portic⁹ habēs In his iacebat multitudo
magna lāguentiū/cecorū/claudorū/ari-
dorū: expectantiū aque motū. Angelus
aūt dn̄i secundū tēpus descēdebat in pis-
cinā: et mouebat̄ aqua. Et q̄ prior descē-
disset in piscinā post motionē aque: san⁹
fiebat a quacūqꝫ detinebatur infirmita-
te. Offr. Stetit angelus iuxta aram tem-
pli habens thuribulum aureum in manu sua:
et data sunt ei incensa multa: et ascendit fum⁹
aromatū in conspectu dei allelupa. Secreta.

Hostias tibi dn̄e laudis offerimus
suppliciter deprecantes: bt easdē
angelico pro nobis interueniēte suffra-
gio: et placatus accipias et ad salutē no
strā prouenire concedas. Per dn̄m. Cō.
Benedicite oēs angeli domini dnō: hym
num dicite et superexaltate eum in secula. In
tempore paschali. allelupa. Postcōio.

Repleti dn̄e bn̄dictione celesti sup-
pliciter exoram⁹: bt qđ fragili ce-
lebramus officio: sctōꝝ angeloꝝ/atqꝫ
archangeloꝝ: omniūqꝫ celestiū spirituū
nobis prodesse sentiamus auxilio. Per.
¶ Sciendū est q̄ per totū aduentū: et a
Dn̄e ne in ira. vsqꝫ ad caput ieiunii: ⁊ ab
octa. pas. vsqꝫ ad ascē. dn̄i. ⁊ a fes. sctē tri-
nitat̄ vsqꝫ ad aduē. dn̄i. singulis hebd.
semel solet dici mis. Sal⁹ ppli. ꝓ fratri
bus et sororib⁹: ita videlicet q̄ si vacaue
rit a festis sctōꝝ et extra octa. cū regimi-
ne chori: ⁊ si missa dn̄icalis in hebd. can-
tanda fuerit: cōpleta cōme. quoqꝫ beate
marie et festi loci et ꝓprie eple et euāge.
ꝓpria ꝑpter illā missam nō fuerint ꝑter
missa: tunc illa si qua dies vacauerit/est
cātāda. Si vero ꝓprie eple ⁊ ꝓpria euā
gel. q̄ quartis fe. intitulant̄: frequenter
nequeāt ibi dici: in ꝓximis sequēti. fer.
si vacauerit ꝑlegātur: nec ꝑpter missam
Salus ppli. vel Nos aūt. alicubi ꝑ totū
annū aliqualiter omittāt̄. In missis etiā
Salus ppli. vl' Nos aūt. sup Kyrie ele.
Sctūs et Agnus. semꝑ dicit̄. cātus fer.
¶ Et notandū est q̄ ꝑ totū tp̄s predictū
qn̄ missa dn̄icalis in dn̄ica vel in scda fe.
cātata fuerit: ⁊ in. iij. fe. vacauerit: sem-
per dr̄. missa. Salus ppli. in ipsa. iij. fe.
et si nō vacauerit: tūc in aliqua fe. ipsius
hebd. q̄ ad hoc vacauerit cātet̄. ¶ Et sciē
dū est q̄ missa Salus ppli. est in disposi-
tiōe cātoris qn̄ cōuenienti⁹ et quota feria
pōt dici. Qn̄ vero dr̄. missa Salus ppli.
tūc nulla dr̄. memoria de do. neqꝫ de ali-
qua missa. iij. fe. nisi i aduētu. Dicat̄ etiā
missa Salus ppli. in vnaquaqꝫ hebd. fer
ue nisi in. xl. et nisi festū impediat. vel
octa. cū regimine chori: et nisi infra tp̄s
natiui. dn̄i et nisi in hebdomada pasche
et penthecostes. Ad missam. Officium.



Salus ppli ego sum dicit
dn̄s de quacūqꝫ tribula
tiōe clamauerit ad me
exaudiā eos et ero illo-
rū dn̄s imperpetuū In
tpe pasca alla alla. ps.
Attendite popule meus le-
gem meā: inclinate ad me aurē vestrā in verba
oris mei. Nō dr̄. Gl'ia in ex. Oro

Deus q̄ charitatis dona per gra-
tiā sancti spiritus tuorū cordib⁹
fideliū infundis: da famulis ⁊ famulab⁹
tuis/fratribus et sororib⁹ nr̄is pro qui-
bus tuā deprecamur clemētiā/salutem

mētis et corporis: ut te tota uirtute diligāt et q̄ tibi placita sunt / tota dilectione perficiāt. Per dn̄m. in unitate eiusdem

¶ Lectio esaye prophete. xix.

Hec dicit dn̄s deus. In die illa / deferet munus dn̄o exercituū: et rex fortis dn̄abitur eorum. In die illa erit altare dn̄i in medio terre: et cognoscetur dominus / et colēt eū in hostijs et muneribus / et uota uouebūt dn̄o et soluēt. Et reuertentur ad dn̄m et placabitur eis: et sanabit eos. In die illa / erit israel benedictio in medio terre: cui bn̄dixit dn̄s exercituum dicēs. Bn̄dictus populus meus: et opus manuū mearū hereditas mea israel. Dicit dn̄s ops. Gr. Propitius esto dn̄e pctis nr̄is: nequādo dicāt gētes: ubi est deus eorum. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster et propter honorem nois tui dn̄e libera nos. Alla. ℣. Ostēde nobis dn̄e miam tuā et salutare tuū da nobis. In tpe pasc. ij Alla. erit de missa dn̄icali per heb. sicut in festis sine regimine. chori. Tn̄ in pcessiōe ubi fit statio secundum. Alla. nō dicetur. Idem modus obseruetur in missa pro pace. et in consimilibus. Secundum Marcum. xij.

In illo tpe. Sedēs iesus cōtra gazophilaciū: aspiciebat quō turba iactabat es in gazophilaciū. Et multi diuites iactabant multa. Cū uenisset autē una uidua paupercula: misit duo minuta / qd̄ est quadrās. Et cōuocans discipulos suos: ait illis. Amē dico uobis: qr̄ uidua hec paupcula / plus oībus misit q̄ miserunt in gazophilaciū. Oēs eni ex eo qd̄ abūdabat illis: miserūt. Hec uero de penuria sua oia q̄ habuit misit totū uictum suū. Offr. Exaudi deus orationē meā / et ne despexeris depcationē meā: intēde in me / et exaudi me. In tpe pasc. alla. Sequētes duo ℣. dicūt alternis uicibus infra aduētū dn̄i et a lxx. usq̄ ad quinquagesimā tm̄. ℣. Cōturbatus sum a uoce inimici et a tribulatiōe peccatoris: et expectabā eū qui saluū faceret. ℣. Ego aūt ad deū clamaui libera aiam meā: et extēdes manū tuā in retribuēdo illis. Secreta

Miserere q̄s dn̄e famulis et famulabus tuis pro quibus hoc sacrificiū laudis tue offerimus maiestati / et pstā: ut per hec sancta supne benedictionis grām obtineāt: et gloriā eterne felicitatis acquirāt. Per. Cō. Amē dico uobis quicqd orātes petitis credite / qr̄ accipietis et fiet uobis. in tpe pas. alla alla. Postcōio.

Diuina libātes mysteria q̄s dn̄e: ut hec salutaria sacramēta / illis proficiant ad prosperitatē et pacē: p quorū quarūq̄ dilectione / hec tue obtulimus maiestati. Per dn̄m. ¶ In commemoratione sancti spiritus ad missā. Offiū.



Spiritus dn̄i repleuit orbem terrarum alleluya: et hoc qd̄ cōtinet oīa sciētiam habet uocis alleluya alleluya alleluya. ps. Exurgat deus et dissipētur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Oratio.

Deus qui corda fideliū sancti spiritus illustratiōe docuisti: da nobis in eodē spiritu recta sapere: et de eius semper consolatione gaudere. Per dn̄m.

¶ Lectio actuum apostolorum. viij.

In diebus illis. Cū audissent apl'i qui erant hierosolimis quia recepisset samaria uerbū dei: miserūt ad eos petrū et iohannē. Qui cū uenissent orauerūt pro ipsis ut acciperēt spm̄ sanctū. Nondū eni in quenq̄ illorum uenerat: sed baptizati tantū erāt in noie domini iesu. Tūc imponebāt manus super illos: et accipiebāt spm̄ sctm̄. Gr. Beata gēs cuius est dn̄s deus eorum: populus quē elegit dn̄s in hereditatē sibi. ℣. Uerbo dn̄i celi firmati sūt: et spū oris eius uirtus eorum. Alla. ℣. Ueni scte spūs reple tuorum corda fideliū: et tui amoris in eis ignē accende. In tpe pasc. primū Alla. ℣. Emitte spiritū tuum et creabuntur: et renouabis faciem terre. Scd̄m Alla. ℣. Ueni sancte spiritus reple tuorum corda fidelium: et tui amoris in eis ignem accende. Sequentia.

Ueni scte spūs et emitte celitus lucis tue radiū. Ueni pater pauperū / ueni dator munerum ueni lumē cordiū

Cōsolator optime dulcis hospes aie dulce refrigeriū. In labore requies in estu tēperies in fletu solatiū. O lux btissima reple cordis intima tuorū fideliū. Sine tuo numine nihil est in lumie / nihil est in noxiū Laua qd est sordidum / riga qd est aridū sana quod est sauciū. Flecte quod est rigidū foue quod est frigidū rege qd est deuiū. Da tuis fidelibus in te confitētibus sacrū septēnariū. Da virtutis meritum / da salutis exitū / da perenne gaudium. Secundum Johannem. xiiij.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Si quis diligit me sermonē meū seruabit Et pater meus diliget eū: et ad eū veniem⁹ ꝛ mānsionē apd eū faciemus. Qui nō diligit me: sermōes meos nō seruat. Et sermonē quē audistis non est me⁹: sed eius q misit me pris. Hec locutus sum vobis apud vos manēs. Paraclitus aūt spūs sctūs quē mittet pater in noie meo: ille vos docebit oia / ꝛ suggeret vobis oia qcunqz dixero vobis. Pacē relinquo vobis: pacem meā do vobis Non quomodo mundus dat: ego do vobis Nō turbet cor vestrū: neqz formidet Audistis qa ego dixi vobis: vado et venio ad vos. Si diligeretis me gauderetis vtiqz / qa vado ad patrē: qa pater maior me est. Et nūc dixi vobis priusqꝫ fiat vt cū factū fuerit credatis. Jam nō multa loquar vobiscū. Uenit enim princeps mundi huius: et in me non habet quicqꝫ Sed vt cognoscat mūdus qa diligo patrē: et sicut mādatū dedit mihi pater: sic facio. Offr. Cōfirma hoc deus qd operatꝰ es in nobis: a tēplo tuo qd est in hierusalem tibi offerent reges munera alleluya. Secreta:

Munera quesumus domie oblata sanctifica: et corda nostra sancti spiritus illustratione emunda. Per dominū. in vnitate eiusdē. Prefatio. Qui ascendens. nō dicit in hac prefatiōe. Hodierna die. nisi in ebdo. penthe. tm. Cō.

Factus est repente de celo sonus aduenietis spiritus vehementis vbi erant sedentes alla: ꝛ repleti sunt omes spiritu sancto loquentes magnalia dei alleluya alleluya. Postcōio.

Sancti spiritus dñe corda nostra mundet infusio: et sui roris intima aspersione fecundet. Per dominum In vnitate eiusdem. ¶ In commemoratione corporis christi. Officium.



Cibauit eos ex adipe frumenti alleluya: et de petra melle saturauit eos alleluya alleluya alleluya. ps. Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob. Oratio.

Deus q nobis sub sacramento mirabili passionis tue memoriā reliquisti: tribue qs: ita nos corporis ꝛ sanguinis tui sacra mysteria venerari: vt redēptiōis tue fructū in nobis iugiter sentiamus. Qui viuis. j. Corinthiorū. xj.

Fratres. Ego eñ accepi a dño qd et tradidi vobis: qm dñs iesus in qua nocte tradebat / accepit panē / grās agēs fregit ꝛ dixit. Accipite et mānducate / hoc est corp⁹ meū qd pro vobis tradetur. Hoc facite in meā cōmemorationē. Similiter ꝛ calicē postqꝫ cenauit / dicēs Hic calix nouū testamētū est in meo sanguie: hoc facite quotiēscūqz bibitis in meam ꝯmēorationē Quotienscūqz eñ mānducabitis panē hūc ꝛ calicē bibetis: mortē dñi annūciabitis donec veniat. Jtaqz qcūqz mānducauerit hūc panē / vel biberit calicē dñi indigne: reus erit corporis et sanguinis dñi. Probet aūt seipm homo: et sic de pane illo edat: ꝛ de calice bibat: q eñ mānducat ꝛ bibit indigne: iudiciū sibi mānducat ꝛ bibit: nō diiudicās corp⁹ dñi. Gr. Oculi oīm in te sperāt dñe: ꝛ tu das illis escā in tpe oportuno. ℣. Aperis tu manū tuā: ꝛ imples oē aīal bñdictiōe. Alla. ℣. Caro mea vere est cibꝰ ꝛ sāguis meꝰ vere est potꝰ: q mānducat meā carnē ꝛ bibit meū sanguinē in me manet ꝛ ego i eo. ¶ Sequētia q voluerit: que rē in festo corporis xpi. Scdz Johā. vj.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis: et turbis iudeorꝝ. Caro mea vere est cib⁹: ꝛ sāguis me⁹ vere est pot⁹.

Qui manducat meã carnẽ et bibit meũ sanguinẽ: in me manet et ego in illo. Sicut misit me viuẽs pater: et ego viuo propter patrẽ. Et q̃ mãducat me: et ipse viuet propter me. Hic est panis: qui de celo descẽdit. Nõ sicut mãducauerunt pr̃es vestri manna in deserto: et mortui sunt Qui manducat hunc panem: viuet ineternum. Offr. Sacerdotes domini incensum et panes offerunt deo: et ideo sancti erunt deo suo: et non polluẽt nomẽ ei⁹ all'a. Secre.

Ecclesie tue q̃s dñe vnitatis et pacis propitius dona ꝯcede: q̃ sub oblatis muneribus mystice designant. Per Prefa. Qr p incarnati. Cõ. Quotiẽscũq; mãducabitis panẽ hunc et calicẽ bibetis mortẽ dñi annũciabitis donec veniat: itaq; q̃cũq; mãducauerit panem vel biberit calicẽ dñi indigne re⁹ erit corporis et sanguinis dñi all'a. Postcõ.

Hac nos q̃s domine diuinitatis tue sempiterna fruitiõe repleri: quã preciosi corporis et sanguinis tui tpalis perceptio p̃figurat. Qui viuis et regnas cũ deo pr̃e. ¶ Sciẽdũ est q̃ missa de cruce dr̃. oi. vi. fer. a Deus oim. vsq; ad aduentũ: nisi festũ. ix. lec. impediat: vel octa. cũ regimie chori: dies octa. vel qd̃ ex necessitate oporteat agere mis. do. vl' aliqd̃ tale fes. iij. lec. qd̃ aliqd̃ ppriũ hz̃ serui. Si vo i. vi. fer. aliqd̃ fes. iij. lec. eue. vñ nullũ ppriũ habe. serui. tũc est i dispẽsatiõe cãto. dicere mis. de cruce vl' nõ. Cũ vo. vi. fer. oino a fes. vacauerit et nõ oportet ex necessitate dicere mis. do. sp infra p̃dictũ tp̃s dr̃ missa de cruce / q̃uis oẽs hore dicãtur de fer. et nulla fiat memoria de missa dñicali. Tũc si oporteat dicere missã Salus populi. oino p̃termittat missa de cruce. ¶ Ad missam de cruce Officium



Nos autẽ gloriari oportet i cruce domini nr̃i iesu christi in quo est salus vita / et resurrectio nostra: p quẽ saluati et liberati sumus. In tpe paschali. all'a all'a. Ps. Deus misereatur nostri et benedicat nobis: illuminet vultũ suũ super nos et misereat nostri. Non dicitur. Gloria in excelsis. Oratio

Deus qui vnigeniti filij tui dñi nostri iesu xp̃i p̃cioso sanguine viuifice crucis vexillũ sctificare voluisti: cõcede q̃s: eos q̃ eiusdẽ sctẽ crucis gaudẽt honore: tua quoq; vbiq; protectiõe gaudere. Per eundem. Ad philippenses. ij.

Fratres. Christus fact⁹ est pro nobis obediens vsq; ad mortẽ: mortẽ aũt crucis. Propter q̃ et deus exaltauit illũ / et dedit illi nomẽ qd̃ est super oẽ nomẽ vt in noie iesu oĩe genu flectat celestiũ terrestriũ / et infernorũ. Et ois lingua cõfiteatur: q̃a dñs noster iesus xp̃s in gloria est dei pr̃is. Gr. Christ⁹ factus est pro nobis obediẽs vsq; ad mortẽ: mortẽ aũt crucis. V. Propter qd̃ et deus exaltauit illũ: et dedit illi nomẽ qd̃ est sup oĩe nomẽ. All'a. V. Dulce lignũ dulces clauos / dulcia ferẽs pondera q̃ sola fuisti digna sustinere regem celorũ: et dñm. In tpe pasc. scdm All'a. V. Nos autem gloriari oportet in cruce domini nostri iesu christi. Secundum Matheum. xx.

In illo tpe. Apprehendit pylatus iesum: ꝛ flagellauit eū Et milites plectētes coronā de spinis imposuerunt super caput ei⁹: et veste purpurea circūdederūt eū / et veniebāt ad eū et dicebāt Aue rex iudeorū. Et dabāt ei alapas: expuētes in eū. Et acceperūt arundinē / et percutiebant caput eius. Susceperunt autē milites iesum: et baiulās sibi crucē / exiuit in illū locū q̄ dicit caluarie ꝛ ibi crucifixerūt eū. Et cū eo alios duos hinc et hinc: mediū aūt iesum. Postea aūt sciēs iesus oia q̄ ventura erant dixit. Sitio. Illi aūt spongiā plenā aceto ysopo circūponētes: obtulerūt ori eius. Et cū gustasset / noluit bibere: sed dixit. Cōsummatū est. Et inclinato capite emisit spiritū. Et statim terra cōtremuit / et sol obscurat⁹ est / et velū tēpli scissum est et petre scisse sunt: ꝛ monumēta aperta sunt ꝛ qui dormierāt surrexerūt. Que cū vidisset centurio dixit. Vere filius dei erat iste. Tādem vnus militū lancea latus eius aperuit: et continuo exiuit sanguis et aqua. Et qui ista vidit / testimoniū perhibuit / et scimus quia verū est testimoniū eius. Dñs vobiscū. Et cū spiritu tuo. Orem⁹.

Domine iesu xp̄e qui man⁹ tuas et pedes tuos et totū corpus tuū pro nobis pctōrib⁹ in ligno crucis posuisti: ꝛ coronā spinarū a iudeis in despectu tui sacratissimi corporis sup caput tuum impositā sustinuisti: ꝛ q̄nq vulnera pro nobis pctōrib⁹ in crucis patibulo passus fuisti: ꝛ nos sacro sanguine tuo redemisti: da nobis q̄s domie hodie et quotidie vsum penitētie / abstinētie / ꝛ patiētie humilitatis / castitatis / lumē / sensum / ꝛ intellectū / verā scientiā vsq in finē. Per te iesu xp̄e saluator mūdi rex glorie. Qui cum patre et spiritu sctō vi. ꝛc. ¶ Missa de sancto sebastiano tpe pestis. Officiū.



Egregie martyr sebastiane princeps ꝛ propagator sanctissimorum preceptorum ecce nomē tuū in libro vite ascriptū est: et memoriale

tuū non derelinquetur in seculū. ps. Benedicam dominum in omni tempore. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui meritis vti sebastiani martyris tui gloriosissimi quandā generalē pestē epydimie hominibus pestiferā reuocasti: psta supplicibus tuis: vt qui pro simili peste reuocanda/ ad ipsum sub tui confidētia cōfugerint/ ipsius meritis et precibus ab ipsa peste epydimie/ et ab omni tribulatiōe liberētur. Per. Epistola. Beatus vir qui in sa. in cōi fo. iii. Gr. O sancte sebastiane christi athleta gloriosissime: qui pro xpo reliquisti terrene militie principatum et suscepisti magnū suppliciū: intercede pro nobis ad dūm. V. O scte sebastiane christi martyr egregie: cuius meritis tota lōbardia fuit liberata a peste mortifera: libera nos ab ipa et a maligno hoste. Alleluya. V. O scte sebastiane nos tremētes ac flentes imploramus tuū clemens auxilium: vt possimus obtinere per te pestis mortifere apud christū remediū. In tpe pasc. scdm. Alla. V. O q̄ gloriosum est tēplū tuū beate sebastiane in quo diuina est pmissio et pctōrū remissio splēdor et lux ppetua et sine fine letitia. Seqn.

Omnes vna decātemus/ et martyris personemus laudē sebastiani. Hic a deo est electus/ per quē morbus est eiectus/ languoris pestiferi. Nā se christo totū vouit qui vult nos hunc venenari: christus eū nunc promouit in patria celesti. Cunctis hic subuenit mestis/ statim est sedata pestis/ sui causa meriti. Ipsum si nunc deprecemur/ nomen quoq3 veneremur: martyris sanctissimi. Morbus iste non nocebit sed mortiferum delebit: populum qui tenuit Nos pro nostris tātis malis/ iā absorbet pestis talis: q̄ tota gens genuit Sancte martyr sebastiane: salua nos a peste epydimie. Nostra grauis ob peccata terra ista desolata nō sit pie quesumus. Sed nos considera/ et in nobis cessa: pestem iā te petimus. Ista per te gens sit tuta et ne noceat acuta febris hec in anglia Ex quo nostra spes est tota/ in te martyr nūc remota: sit pestis mortifera O sancte sebastiane nostre gētis anglicane cōseruator et tutor sis. Et dominum deprecare vt a nobis reuocari valeat vesana pestis. Ex tua sancta prece: ne sit morbus nobis nece. Sed recedat ab hac domo. Amen dicat omnis homo. Euangelium. Nisi granum frumēti cadens in terram. Require in cōi folio iiij. Offm. Martyr egregie/ decus militie/ athleta fidei: ora natū dei/ vt auertat a nobis indignationē suam: martyr suffragia effunde pia vt epydimia nec sit noxia: in hac patria/ nec in alia: per subsidia posce tua: nos tibi talia dam? preconia: hic prece pmia da nobis pia mileo/ epa allelvya. Secreta.

Subueniat nobis domine tua misericordia/ intercedēte beato sebastiano martyre tuo: vt ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis te mereamur protegēte saluari: et suis precibus a peste epydimie: et ab omni tribulatione liberari. Per dūm nostrū. Cōio Beatus es et bene tibi erit egregie martyr sebastiane: quia cum sanctis gaudebis: et cū angelis exultabis ineternum. Postcommunio

Da quesumus domine populo tuo salutem mentis et corporis: vt interuētu beati sebastiani martyris tui/ bonis operibus inherendo: tuo semper munere et suorum meritorum interuētione/ a peste epydimie/ et ab omni tribulatione mereamur tua protectione defendi. Per dūm nostrum. ¶ Cōmemo. scti Erasmi marty. et pōtificis. Officiū.

Letabitur iustus in domino: et sperabit in eo: et laudabuntur omnes recti corde. In tempore pascha. alleluya alleluya. ps. Exaudi deus orationem meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. Oratio.

Deus qui sanctā nobis huius diei letitiam pro commemoratione beati martyris tui erasmi atq3 pōtificis fecisti: adesto familie tue precibus et da: vt cuius hodie cōmemorationē celebramus/ eius meritis et intercessionibus adiuuemur. Per. Epistola. Omnis pontifex. i cōi fo. iiij. Gr. Posuisti dn̄e sup caput eius: coronā de lapide p̄cioso. V. Desideriū aie

eius tribuisti ei: et voluntate labiorũ eius non fraudasti eũ. Alla. ꝟ. Glīa ꝛ honore coronā sti eũ dn̄e: ꝛ cōstituisti eũ sup opa manuũ tuarꝫ. Sequētia. Organicis ĩ cōi. fo. iij. Euāge. Circuibat iesus. in cōi. fol. iiij. Offr. Posuisti dn̄e in capite eius coronā de lapide p̄cioso/ vitā petijt a te et tribuisti ei alla. Sec.

Intēde propitius quesumus dn̄e oblata tibi hec munera: et deprecatione bti erasmi martyris tui atqꝫ pōtificis/ in cuiꝰ ea cōmemoratione deferimus: nosipsos eadē sctifica. Per. Cōio. Magna est gloria eiꝰ in salutari tuo: gloriā et magnū decorē impones sup eū dn̄e. Postcōio

Sumpsimus dn̄e in sancti martyris tui atqꝫ pōtificis erasmi commemoratiōe celestia sacramēta: cuiꝰ suffragiis q̄s largiaris: vt qd̄ temporaliter gerimꝰ/ eternis gaudijs ꝯsequamur. p.

Missa sancti rochi cōfessoris. Officiū.

Letabitur iustus in dn̄o/ et sperabit in eo: et laudabuntur oēs recti corde. In tpe pasc. alla alla. ps. Exaudi deus orationē meā cū deprecor: a timore inimici eripe animā meam. Oratio.

Omnipotens et misericors deꝰ: q̄ meritis et p̄cibꝰ btissimi rochi ꝯfessoris tui quandā pestē hoīm generalē gratiosē reuocasti: p̄sta supplicibꝰ tuis: vt q̄ pro simili peste reuocāda ad tuā cōfugiūt fiduciā ipsius gloriosi confessoris precamina/ ab ipsa infirmitate et ab oīni perturbatiōe liberent̄. Per dn̄m. Epl'a. Iustū deduxit. in cōi. fo. viij. Gr. Iustus vt palma florebit sicut cedrus libani multiplicabitur in domo domini. ꝟ. Ad annunciandū mane misericordiam tuā et veritatem tuā super noctē. Alleluya. ꝟ. Iustus germinabit sicut lilium et florebit in eternum ante dominum. Sequētia.

In honore saluatoris sancti rochi cōfessoris agatur memoria. Qui de celo prenotatur ꝛ ad matrē nūciatur salute angelica. Qui de ventre matris natus/ signo crucis est signatus: qd̄ sinistro patuit. Quartaqꝫ sexta feria/ semel lactās indicia: sctitatis p̄buit. Uti mūdo q̄ cū posset/ ꝛ mūdanū fucū nocet: mūdus mūdum temnit. Omni spreta re paternā/ mēte tēdēs in supna oīa deseruit. Ac post mortē sui p̄ris/ et decessum sue m̄ris/ peregre diuertit̄. Et ad domos infirmorū peste dira ꝯpessorū: festine ingredit̄. Iesum xp̄m deū clamat signo crucis cūctos sanat: sua prouidētia. Ad quē venit vir btūs: prorsus fuit hic sanatꝰ: diuina potētia Ciuitates italie/ rome/ lōgobardie sanat suis p̄cibꝰ. Hospitale placētie/ percussus pestis silice abiectꝰ e menibꝰ Languēs dū in silua sitit/ fontē deꝰ sibi mittit preostēsa nebula. Paruus canis panes portat a gōtardo ꝛ reportat cane viro regula. Sic vir sctūs cōfortatur/ dū gotardo cōsolatur: in valle miserie. Et ꝑ angelū sanat̄ q̄ a deo mittebat̄: raphaeli noīe. Postq̄ in lōbardia/ prouincia angleria/ ponit̄ in carcere. Ab angelis fouebat̄/ et de celo letabatur: visus miro lumīe. Rochus ibi vitam finit: cuius deus dare sinit: tabulam per angelum. Que diuine scribebatur: scriptis auri et ditatur/ manu dei syderū. Nomē rochi infra scriptū qd̄ a deo fuit dictū: vt q̄ eū decorant. Pestis vlcus depellat̄ sani sanitasqꝫ his reddat̄ q̄ eū cōmemorāt. Tu q̄ deo es tā charus/ ꝛ in luce valde clarus: sana tuos famulos. Et a peste nos defende/ opē nobis ac impende: contra morbi stimulos. Uir tā potēs tā btūs cū honore collatus in celesti curia. Uoto voce veneretur/ vt per ipsū nobis detur: nobis frui gloria. Amen. Euāge. Secundū matheum. ix.

In illo tpe. Circuibat dn̄s iesus ciuitates et castella/ docēs in synagogis eorū ꝛ predicās euāgeliū regni: ꝛ curās omnē languorē et omnē infirmitatē. Uidēs autē turbas misertꝰ est eis: q̄a erāt vexati: et iacentes sicut oues nō habētes pastorē. Tūc dixit discipulis suis. Messis quidem multa: operarij vero pauci. Rogate ergo dn̄m messis: vt mittat operarios in messem suam. Euntes autem predicate dicentes: quia appropinquabit regnum celorum. Infirmos curate/ mortuos suscitate/ leprosos mūdate/ demones eijcite/ gratis accepistis

gratis date. Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporũ. Estote ergo prudẽtes sicut serpentes et simplices sicut colũbe. Offr. Veritas mea et mia mea cũ ipso et in noie meo exaltabitur cornu ei?. Secre.

Munera tibi qs dñe oblata sanctifica: et intercedẽte pro nobis beato rocho cõfessore tuo / per hec oia celerũ nostrorũ placatus maculas absterge: et sanitatẽ corporis et anime nobis tribue Per dñm. Cõio. Magna est gloria eius in salutari tuo gloriam et magnum decorem impones super eum domine. Postcommunio

Sumpsimus dñe tua sancta beati rochi merita recolẽtes presta qs vt ei⁹ semp & fideliũ muniamur auxilio et magnifico pficiam⁹ exẽplo. In cõmemoratiõe scti xpofori marty. Offiũ.



Gloria et honore coronasti eum: et constituisti eum super opera manuum tuarũ. ps. Domine dominus noster: qz admirabile est nomẽ tuum in vniuersa terra. Gloria patri. Oratio.

Concede qs oĩs et misericors deus: vtq vti christophori martyris tui memoriã agimus: eius pijs meritis et intercessionib⁹ a morte ppetua / subitanea / peste / fame / timore / paupertate / & ab oĩbus insidijs inimicorũ nostrorũ liberemur in terris: p te iesu christe saluator mundi rex glorie: quẽ idẽ christophorus meruit in suis humeris portare Qui viuis. Lctõ libri sapientie. xxxi.

Beatus vir q inuẽtus est sine macula: et qui post aurũ nõ abijt / nec sperauit in thesauris pecunie. Quis est hic et laudabimus eũ. Fecit eñ mirabilia: in vita sua. Qui probatus est in illo: et pfectus inuẽtus est: et erit illi gloria eterna. Qui potuit trãsgredi et non est trãsgressus: et facere mala et non fecit: ideo stabilita sunt bona illi⁹ in dño: & elemosynas illi⁹ enarrabit oĩs ecclesia sanctorũ. Gr. Posuisti dñe sup caput eius: coronã de lapide pcioso. V. Desideriũ aie ei? tribuisti ei: volũtate labiorũ eius nõ fraudasti eum. Alla. V. Letabitur iustus in dño z sperabit in eo: et laudabũtur oẽs recti corde. Sequẽs. Organicis. In cõi. fol. iij. Scdz math.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Nihil opertũ qd nõ reuelet: et occultũ qd nõ sciatur. Qd dico vobis in tenebris / dicite in lumine et quod in aure auditis / predicate super tecta. Et nolite timere eos q occidũt corpus: animã autẽ nõ possunt occidere. Sed potius eũ timete: q potest animã et corpus pdere in gehennã. Nonne duo passeres asse veneũt: et vnus ex illis nõ cadet sup terrã: sine patre vestro. Vestri autẽ capilli capitis: omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passerib⁹ meliores estis vos. Omnis ergo qui confitebitur me corã hominibus: cõfitebor & ego eũ corã patre meo: q est in celis. Offr. Gloria et honore coronasti eum: et constituisti eum super opera manuum tuarum domine. Secreta.

Accepta sit in cõspectu tuo dñe nostra deuotio: et ei⁹ nobis fiat supplicatione salutaris: pro cuius cõmemoratione deferẽ. Per. Cõ. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam et magnũ decorem impones super eum domine. Postcõio.

Sacro munere satiati supplices te domine deprecamur: vt quod debite seruitutis celebramus officio: intercedente beato christophoro martyre tuo / saluatiõis tue sentiam⁹ augmẽtũ. p Missa de sctõ anthonio gfesso. Offiũ.



Gaudeamus oẽs in dño / diẽ festũ celebrãtes: sub honore bti anthonij cõfessoris tui de cui⁹ cõmemoratiõe gaudẽt angeli / et collaudãt filiũ dei. ps. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. Oratio.

Deus qui concedis obtentu beati anthonij confessoris tui / morbidum ignem extingui et membris egris refrigeria prestari: fac nos ipsius meritis a gehenne incendijs liberatos: integros mẽte et corpore tibi feliciter in gloria presentari. Per dominum nostrum iesum christum. Lectio libri sapientie. l.

Ecce confessor magnus qui in vita sua probat⁹ est: et cognitus est in verbis suis fidelis. Quasi stella matutina in medio nebule et quasi refulgēs: sic beatus anthonius refulsit in templo dei Quasi arcus refulgēs inter nebulas glorie: quasi flos rosarum in diebus vernis Quasi lilia in trāsitu aque: ꝛ quasi thus redolens in diebus estatis. Quasi ignis effulgens: et thus ardens in igne: quasi vas auri solidum / ornatum omni lapide precioso. Quasi oliua pullulans: ꝛ cypressus in altitudine se extollens / in accipiēdo ipsū stolā glorie. Et vestiri eū consummatione virtutis. Grad. Domine preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. ℣. Vitam petijt et tribuisti ei: longitudinē dierum in seculum seculi. Alleluya. ℣. Felix corpus et felix anima / felix virtus sancti anthonij cuius nomē collaudāt omnia: et verētur gētes et populi flāmas ignis orchi incēdia: mox suffocat victor demonū tua prece laude et gloria nos copulat sanctorū cetui alta. ℣. O anthoni pastor inclite: q̄ cruciatos reficis / morbos sanas ꝛ destruis / ignis calorē extinguis: pie pater ad dn̄m ora pro nobis miseris. Sequētia

In hac die letabunda / nostri chori plebs iocunda: psallat cū tripudio Et hac die triūphali laudes vota spiritali: persoluat anthonio. Hic insigni stirpe natus / dono dei decoratus: effulsit virtutibus Intra petit per desertum: ne se vicijs incertū mūdus fallat opib⁹. Quo viso serpēs antiquus / christi seruo inimicus: preparat insidias. Cellam subit sine mora / ꝛ quasi vgo decora: sibi dat blādicias. Quo cōperto miles fortis inquit cubat finis mortis sup his carbonibus. Demon fugit et turbatus: mox demonibus stipatus: hunc cedit verberibus. Jeiunijs macerat⁹: mūdū spernēs christo gratus: carnis soluit debitū Quicqd igne trucidat: gehēnali liberatur: ob ipsius meritū. Nūc exultat laureatus: stola vite decoratus: in celesti culmine. Thronū sūme maiestatis: cū spiritib⁹ btis leto cernit lumine. Pie pater preciose: funde preces copiose: summo regi glorie. Pro presenti cōcione: vt in celi regiōe: melos canat glorie. Secundū matheum. xix.

In illo tpe. Dixit symō petrus ad iesum. Ecce nos reliquimus oīa / ꝛ secuti sumus te. Quid ergo erit nobis Jesus autē dixit eis. Amen dico vobis: q̄ vos qui secuti estis me: in regeneratione cū sederit filius hoīs in sede maiestatis sue: sedebitis et vos super sedes duodecim / iudicantes duodecim tribus israel. Et omnis qui reliquerit domum: vel fratres: aut sorores: aut patrē aut matrē: aut vxorē: aut filios: aut agros: propter nomen meū centuplū accipiet et vitam eternam possidebit. Offer. Veritas mea et misericordia mea cū ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Sacrificiū nostrum que sumus domine benignus intēde: quo sicut beati anthonij precibus cruciatus temporales sanare non desinis: ita exui misericorditer impetrem⁹ ab eternis. Per Cōio. Beatus seruus quem cū venerit dn̄s / inuenerit vigilantem: amen dico vobis: super omnia bona sua constituet eum. Postcōio.

Prosit nobis dn̄e ad salutem sacri muneris oblatio per quā btī anthonij fulti suffragio exēplo ipsius oīa tela nequissima ignea extinguētes: sancto mereamur adiungi consortio. Per.

¶ Officiū sequēs archangeli raphaelis potest celebrari pro peregrinantib⁹: vel itinerātibus: vt sicut thobiā sanū et incolumē duxit et reduxit: ita ꝛ illū reducat: potest etiam celebrari pro cunctis infirmitatibus: ꝛ etiā a demonio obsessis: eo q̄ angelus est medicinalis: q̄a thobie visum restituit: et saram vxorē filij sui: a demonio liberauit. Officium.



Ego sum azarias ananie magni filius ego sum raphael archāgel⁹: vn⁹ ex septē q̄ astamus ante cōspectum domini: pax vobis: nolite timere: dominus exaudiuit preces vestras / et misit me ad vos / vt curem vos alleluya. ps.

Benedicite dominum omnes electi eius: agite diem letitie: et confitemini illi. Oratio.

DEus qui beatū raphaelē archangelum thobie famulo tuo properanti preuiū direxisti: ⁊ inter hui⁹ vite ac vie varietates atq̧ discrimia donasti custodem: da quesumus vt eiusdem protegamur auxilio quatenus et vite presentis vitem⁹ pericula: et ad gaudia valeamus peruenire celestia. Per dominum nostrum. ¶ Lectio libri Tobie. xij.

DIxit angelus raphael ad thobiā. Etenim sacramētū regis abscōdere bonū est. Opera autē reuelare et cōfiteri honorificū est Bona est oratio cum ieiunio et elemosyna: magis q̄ thesauros auri recōdere. Quoniam elemosyna a morte liberat: ⁊ ipsa est que purgat peccata/ et facit inuenire vitā eternam. Qui autē faciūt peccatū ⁊ iniq̄tates: hostes sunt aie sue. Manifesto ergo vobis veritatē: et nō abscōdā a vobis sermonē occultū. Quando orabas cū lachrymis/ et sepeliebas mortuos ⁊ derelinquebas prandiū / et abscondebas mortuos per diē in domo tua/ et nocte sepeliebas eos ego obtuli orationē tuā dn̄o. Et q̄a acceptus eras deo: necesse fuit vt tētatio probaret te. Et nūc misit me dn̄s vt curem te: et sarā vxorē filij tui a demonio liberē. Ego sum raphael angelus: vnus ex septē qui astam⁹ ante dn̄m. Cū audissēt turbati sunt et tremētes ceciderunt supe terrā in faciē suā. Dixitq̧ ei angelus: pax vobis nolite timere. Etenim cū essē vobiscū: per volūtatē dei erā. Ipsum benedicite et cātate illi. Videbar quidē vobiscū manducare et bibere. Sed ego cibo et potu inuisibili: q̄ ab hoibus videri nō potest vtor. Tēpus ergo est: vt reuertar ad eū q̄ me misit. Vos aūt benedicite dn̄m: et narrate oia mirabilia eius. Gr.

Angel⁹ raphael apprehēdit et ligauit demonē. ℣. Magn⁹ dn̄s noster: ⁊ magna virt⁹ ei⁹. Alla. ℣. Missus est raphael angel⁹ a deo ad thobiā: et salutauit eū et dixit ei: gaudiū sit tibi semp. Alla. ℣. Angele medicinalis mecū sis perpetualis: et sicut fuisti cū thobia: ita sis mecū in via. Alla. ℣. Angelū nobis medicū salutis: mitte de celis raphael ut oēs sanet egrotos/ pariterq̧ nostros dirigat actus. Alleluya. ℣. Angelus domini descendit de celo: et accedens reuoluit lapidem et sedebat super eū.

¶ Euangelium secundum iohannē. v.

IN illo tpe. Erat dies festus iudeorū: et ascendit iesus hierosolymā. Est autē hierosolymis probatica piscina que cognominatur hebraice bethsaida/ quinq̧ porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium / cecorum / claudorū/ aridorū: expectantium aque motū. Angelus autē dn̄i secundū tēpus descēdebat in piscinā: et mouebatur aqua. Et q̄ prior descendisset in piscinā post motionē aque: san⁹ fiebat a quacūq̧ detinebatur infirmitate. Offr. In honore scti raphaelis psallat militās ecclesia: q̄ virtute dei patris ligauit demonē / ⁊ thobie visum reddidit quo priuatus fuerat alla. Sec.

MItte deus archāgelū tuū raphaelem cū medicamine opificē: q̄ sanitatē mētis reportet et corporis: micq̧ celestis donū infundat: ⁊ q̄ in nobis sunt aduersa deponat: vt q̄ nostra iniquitate tabescimus: de tua quam nō meremur pietate letari concedas. Per. Cōio. In vibus summe laudis resonet in ore omnium: ad laudē beati raphaelis archangeli: vt ipse cuius memoria agitur in terris: ad deū pro nobis intercedat in celis allelupa. Postcommunio.

DIrigere dignare domine deus in adiutoriū nostrū raphaelē archangelū: ⁊ quē tue maiestati semp assistere credim⁹: tibi nostras exiguas preces benedicēdas assignet. Per dominū.

¶ Missa de sancto gabriele. Officium.

GAudeamus omnes in dn̄o: diem festū celebrantes sub honore gabrielis archangeli: de cuius solennitate gaudent angeli et collaudant filium dei. ℣. Benedicite dn̄o oēs virtutes eius: ministri eius q̄ facitis volūtatē eius. Oratio

ABsterge quesumus domine christiani populi caliginem tui luminis illustratiōe et presta vt bti gabrielis

archangeli tui salutatione: et omniũ angelorũ tuorũ protectione munitus: in tua semper visitatiōe clarescat. Per dominũ. ¶ Lectio danielis prophete. ix.

In diebus illis. Cũ loquerer et orarē et confiterer peccata mea: et pctā populi mei israel / vt prosternerem preces meas in cōspectu dei mei pro mōte sctō dei mei ad huc me loquēte in oratione mea / ecce vir gabriel quē videram in visione a principio cito volās / tetigit me in tēpore sacrificii vespertini ꝛ docuit me: et locutus est mihi. Dixitqꝫ daniel Nũc egressus sum vt docerē te: et intelligeres. Ab exordio precũ tuarũ: egressꝰ est sermo. Ego aũt veni vt indicarē tibi: q̃a vir desideriorũ es. Tu ergo animaduerte sermonē: et intellige visionē. Septuaginta ebdomades abbreuiate sunt sup populũ tuũ: et super vrbē sanctā tuā vt cōsumetur preuaricatio / ꝛ finē accipiat peccatũ: ꝛ deleatur iniquitas / ꝛ adducatur iustitia sempiterna / et impleatur visio et prophetia / ꝛ vngatur sctũs / sanctorum. Scito ergo et animaduerte ab exitu sermōis: vt iterũ edificetur hierusalē: vsqꝫ ad christũ ducē. Gr. Preco fulgēs splēdore nimio gēma lucēs celesti radio: desolatis sis cōsolatio: ꝛ tentatis firma protectio ℣. Tu gabriel qui frangis carceres captiuorũ respice pauperes / et fac eos ad vitam celeres. Alleluya. ℣. Per te preco opus mirabile altũ nimis sit et spectabile: per te nobis fiat possibile quod rogamus et impetrabile. Tractus

At te preco virgo amabilis / preter morē effecta fertilis veneratur vt sit placabilis: deus noster ne sit terribilis. ℣. Virginisqꝫ iocunda facies te gabriel et mira species letificat: sit nobis requies qua si placet nos tecum facies. ℣. Nunc igitur preco accelera pie matris precare viscera: nato monstret pectus et vbera tu ab hoste nos tecũ libera. Prosa.

Proloquiũ altũ recitemus gabrielis / vt nos incitemus ad amorem oēs vocitemꝰ / ad has laudes corda / oramus. Imperatrix cuius imperio tota gaudet celestis concio: tanta laus est tibi in filio / ꝙ humana nō capit ratio. Benedicta et venerabilis / pia / prudēs / decora / nobilis / vniuersis incōparabilis / tibi nũꝗ fuit consimilis. Te creauit pater ingenitus / obũbrauit te vnigenitus fecundauit te spiritussanctus / tu es facta tota diuinitus. Te creauit deus mirabilem te respexit ancillam humilē: te quesiuit sponsam amabilē / tibi nunꝗ fecit cōsimilē. Te beatā laudare cupiunt / oēs sancti sed nō sufficiũt: nā tot laudes tibi cōueniunt / ꝙ laudantes omnes deficiunt / Quia tamē caput es virginum / et laus summa nō habēs terminũ: angelorũ laudes et hominũ / promereris prima post dñm. Cum sisteret humani generis / loqui preco dignior ceteris: vale dicit regine etheris / cuiꝰ sedes manet in superis. Vale sancta sanctorũ omniũ / laus et honor decus fideliũ / aula christi domus palatium deitatis reclinatoriũ. Euangeliũ. Missus est angelus gabriel. Require feria quarta quatuor tēporum aduentus. Et dicit. Credo. Offr.

Hostis preco omēs cōmuniter impugnamur ab hoste fortiter et interdum vincimur turpiter: sed iuua nos misericorditer. Secreta.

Munera sacrificij nostri quesumꝰ omnipotens deus / in corpus et sanguinē filii tui cōuerte: quem diuinissimus gabriel archangelus de btā maria virgine nũciauit nasciturũ saluatorē mũdi dñm nostrũ iesũ christũ filiũ tuũ. Qui tecũ. Cō. O gabriel refoue flebiles / egros sana / conforta debiles: fac nos mites semp et humiles et in fide fortes et stabiles. Postcōio.

Beati gabrielis archangeli tui deus noster: sanctorũqꝫ omniũ celestium virtutũ recolentes memoriā letificet intercessio: atqꝫ eorũ sumpta veneratiōe sacramēta pficiāt ad salutē. Per.

¶ Missa compassionis siue lamentationis beate marie virginis. Officium.



Vide domine quoniam tribulor: cōturbatus est venter meus / submersum est cor meũ in memetipsa: quoniā amaritudine plena sũ. Ps. Posuit me dominus desolatam: tota die

merore confectam. Gloria patri. Oratio.

Pietatē tuā q̄s dñe iesu clementissime / imploram⁹ q̄ p nobis peccatoribus mortē subiens temporalē: nec proprio corpori: nec materno dolori parcere voluisti: presta / vt nos passionis tue memoriam eiusdemq3 matris tue mestitiam recolentes vobiscum felicitatis eterne simus participes. Qui viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. Lectio Hieremie prophete. ij.

In diebus illis. Dixit hieremias propheta. Cui cōparabo / vel cui assimulabo te virgo filia hierusalē. Cui adequabo te / et consolabor te virgo filia syon. Magna est enim velut mare cōtritio tua: quis medebitur tibi. Plauserūt super te manibus oēs transeūtes per viam sibilauerunt / et mouerunt capita sua super filiam hierusalē. Aperuerunt super te os suū omnes inimici tui: sibilauerunt et frenduerunt dentibus / & dixerunt. En ista est dies quā expectabam⁹ / fecit dñs que cogitauit compleuit sermonem suum quem preceperat a dieb⁹ antiquis. Destruxit et non pepercit: et letificauit super te inimicū / et exaltauit cornu hostium tuorum. Deduc quasi torrētem lachrimas per diem et noctem non des requiem tibi: neq3 taceat pupilla oculi tui. Consurge et lauda in nocte: in principio vigiliarū. Effunde sicut aquā cor tuum: in cōspectu domini. Gr. Omnes inimici mei audierunt malum meum: letati sunt quoniam tu fecisti quia ingemisco ego et non est qui consoletur me. V⁹. Multi enim gemitus mei et cor meum merens: quia dominus me posuit amaram. Alleluya. V. Ecce positus est hic in ruinam et in resurrectionem multorum in israel: et in signum cui contradicetur / et tuam ipsius animam pertransiuit gladius. In tempore paschali secundū Alleluya. V. Omnes inimici eius apprehenderunt eam inter angustias: vnde desolata est vehementer non habens cōsolatorē. Aliud Alleluya. in eodem Re. V. Posuit me domin⁹ desolatam tota die merore confectam. In tempore quadragesimali. Tractus.

Usquequo domine obliuisceris me in finem: vsq3quo auertis faciem tuam a me. V. Quamdiu ponā cōsilia in anima mea dolorem in corde meo per diem. V⁹. Usq3quo exaltabitur inimicus meus super me: respice et exaudi me dñe deus meus. V⁹. Quoniā tu dñe suauis et mitis: et multe misericordie omnibus inuocantibus te. V. Intende anime mee et libera eam: propter inimicos meos eripe me. V. Et ne auertas faciē tuam a puero tuo: quoniam tribulor velociter exaudi me. V. Respice in me et miserere mei: da imperium puero tuo / et saluum fac filium ancille tue. Sequentia.

Meste parētis christi marie lachrymas eya nunc recole plebs agni mitis cruore redēpta. Qui generis humani collapsi maculas purpurea lauit / in cruce vulnera passus cruenta. Sputa / clauos / atq3 ludibria / spinas tulit: et seua verbera. Mater cernēs tanta supplicia: flet discerpens pectus et vbera. Heu me clamat heu me congeminat plorans tristis q̄ sepe replicat fili dulcissime / cur ista pateris. Cur confixus in cruce morieris / ac si reus fuisses sceleris cum nihil vnq̄ mali cōmiseris. Heu me clamans dat alta suspiria dicēs / cur vita sic durat anxia: cur non moriar: mors aut cur mihi parcit. Que mater vnq̄ queq3 puerpa nati dilecti tāta supplicia videre simul & vltra viuere possit. Est ista ne gr̄a / quā sic mihi retulisti gabriel / dicens. Aue maria gratia plena. Sunt mihi contraria que prius promisisti cum mihi nunc pro gratia sunt dolor et pena. Inter omnes mulieres me dixisti benedictam: omnes nūc videre possunt me gementem et afflictam. De hoc senex Symeon prophetat dicens: vt euangelista narrat. Ecce positus est hic in ruinā tuus iste filius. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Mater leta cōcepisti et dolorē nō sensisti quā do virgo peperisti tuū vnigenitū. Cum vsura nunc soluisti / penas quas tūc euasisti: videns modo morte tristi mori tuū filium. Sic stat mater desolata: iam nō mater / sed orbata: dulci suo filio. Plāgit

plorat prestolatur / quoadusqꝫ deponat corpus de patibulo. O lachrymosus intuitus sed et semimortua parens et extincti funeris ingremio tenet exuuias. Omnia pererrat stigmata locaqꝫ cruenta clauorum nec non et plagas singulas videt spinoso precincta tempora serto ꝛ in latere patētes cordis ianuas. O grauis dolor et gemitus. Nati quondā speciosa mēbra modo liuida tractat mater inter man⁹ teneras. Amplexatur osculatur ora facta pallida ꝓpter penas atqꝫ plagas asperas. Manus extorquēs exclamauit fletuqꝫ corpus irrigauit stillās vt riuos lachrymas. Uenit tādē ioseph pius corpus inuoluit sindone: venit atqꝫ Nichodemus perfundēs illud vnguine Post in monumēto nouo preparabāt recondere Quis potest lachrymas tenere licet corde saxeo et nō simul condolere in hoc planctu virgineo. Qui cū ipsa nescit flere: nō est ei compassio. Quiscrutator scripturaꝝ est videbit feminarū planct⁹ amarissimos Anna samuelis orat temulenta: que dū plorat putatur apud emulos. Uox rachalis vlulatus in rama personuit suos filios plorantis cōsolari noluit. Tristis noemi dolebat seua mortis dum trahebat maritū cū filijs. Annaqꝫ thobie flebat quādo pater hūc mittebat in rages ꝓ pecunijs Anna mater samuelis ānaqꝫ thobie noemi et rachelis: si credamus hieremie plorabant lachrymis. Sed ad lachrimas amaras ꝟginis marie matris christi crucifixi veriqꝫ messie non erat planctus similis. Ergo mater iesu christi propter penas quas tulisti ꝓ tuo dulci filio. Des vt tecū hic plorem⁹ ꝛ cor nostrū perforem⁹ cōpassionis gladio. Sic o virgo dolorosa fac nos tecum lachrymosa sentire suspiria vt post vitā infelicem habeamus te ductricē ad eterna gaudia. Euāgeliū scd̄m iohannē xix.

IN illo tpe. Stabant iuxta crucē iesu mater eius / et soror matris eius maria cleophe: et maria magdalene. Cū vidisset ergo iesus matrē / ꝛ discipulum stantē quē diligebat: dixit matri sue. Mulier / ecce filius tuus. Deinde dixit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora / accepit eam discipulus in suam. Offer. Christū cruce mortuū nostros ob defectus: mesta mater aspicit pios per affectus et clamauit lacerans capillos et pectus: heu meiacet filius meus hic despectus nuper inter milia qui fuit electus sicut myrrhe fasciculus meus sic dilectus Secreta.

HOstias quesumus omnipotēs redemptor in memoriā acrebissime passionis tue lachrymosiqꝫ doloris: quem pia virgo mitissima mater pro tua morte sustinuit: tibi sacrandas propitius intuere: et presta: vt per eas pietatis et cōpassiōis lachrymas tibi viuo et vero deo cum eadem sanctissima matre tua valeamus offerre. Qui viuis ꝛ regnas deus. Per oia scl'a. Cōio. De cruce depositū videns corp⁹ christi mesta mater lachrymās atqꝫ vultu tristi dixit O dulcissime fili q̄d fecisti ꝙ has penas asperas ꝛ mortē subijsti. Postc.

REdemptor nr̄ saluator eterne deus: fragilem facturā tuam nos pietatis oculo respicere digneris: et presta / vt qui preciosi corporis et sanguinis tui sacrosancta mysteria pro totius populi salute oblata percepimus: per hec ad compassiōis lachrymas tueqꝫ mestissime matris deuotionē / facilius accēdamur. Qui. Missa de sctā barbara. Offiū

LOquebar de testimōijs tuis in conspectu regum et nō confundebar: et meditabar in mandatis tuis que dilexi nimis. ℣ Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Orō.

DEus cuius dilectionē beata barbara omni terreno amore anteposuit: presta quesum⁹: vt cuius martyrij triumphum hodierna die recolimus eius suffragijs ad celestia regna peruenire possumus. Per d. Epl'a Gaudens gaudebo. in cōio fol. xij. Gr. Adiuuabit eam deus vultu suo: deus in medio eius non cōmouebitur. ℣ Fluminis impetus letificat ciuitatem dei: sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Alla. ℣ Hec est virgo sapiens

quã dñs vigilantẽ inuenit. Seqũ. Virginis in cõi fo. xij. Euãg. Simile est regnũ celorũ thesauro. in cõi. fol. xij. Offr. Filie regũ in honore tuo astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato: circũdata varietate. Se.

Hostiã nostre deuotionis tibi dñe offerimus: quã p̃cibus beate barbare martyris tue acceptabilẽ maiestati tue esse deposcimus. Per. Cõio. Principes persecuti sunt me gratis: et a verbis tuis formidauit cor meũ: letabor ego super eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa concupiuit anima mea testimonia tua domine: et dilexit ea vehementer. Postcõmunio.

Ut nobis domie veri corporis et sanguinis filij tui sit fructuosa p̃ceptio: beate barbare martyris tue nos tibi iugiter cõmendet oratio. Per dñm.

¶ Nota q̃ iste tres orationes sequẽtes de passione dñi nostri cõposite fuerunt a papa innocẽtio tertio: q̃ dicẽtibus eas cũ deuotiõe cõcessit multas indulgentias.

Domie iesu christe fili dei viui qui p̃ro redẽptione nostra nasci & circuncidi voluisti / et a iudeis reprobari / a iuda osculo tradi / capi & ligari: & cũ vinculis anne / cayphe / herodi / pylato / offerri / et corã eis illudi / colaphis / alapis / flagellis / arundine cedi / facie velari / et sputo conspui / spinis coronari / falsis quoq; testibus accusari / iudicari et vt agn⁹ innocens tuã crucẽ ferendo ad victimã duci / clauis perforari / felle et aceto potari: atq; in cruce morte turpissima cõdemnari / ac lancea vulnerari: tu per has sacratissimas penas ab oĩb⁹ peccatis et penis nos libera: et per sanctã crucẽ tuã illuc p̃duc nos miseros peccatores quo perduxisti tecum crucifixum latronem sero penitentem. Qui viuis et reg. Secreta.

Auxilientur nobis pie domine Jesu christe oĩpotens passiones tue et defendant nos ab omni dolore et tristitia / ab omni periculo & miseria / ab omni peccato et cordis immunditia / ab omni scandalo et infamia / a morbis malis anime et corporis: et a morte subitanea et improuisa: & ab omni persecutiõe inimicorũ visibiliũ et inuisibilium: scimus eñ q̃ in quacunq; hora vel die / passionis tue memoriã habuerimus: salui erim⁹. Ideo de immensa tua pietate confisi: te deprecamur piissime saluator per benignissimas sacratissimasq; passiões tuas vt benigno nos portegas auxilio et continua pietate ab omni malo nos conserues. Qui viuis et regnas. Postcõio.

Domine deus de deo lumẽ de lumine: qui humanũ genus ex precepto patris patibulo crucis proprio sanguine redimere dignatus es: te suppliciter exoramus vt nõ secundũ pctã nostra facias nobis: sed scdm miam tuã saluos nos fac indignos famulos tuos. Tu quoq; exurge in adiutoriũ nostrũ / et esto ibi turris fortitudinis / et clypeus inexpugnabilis iustitie a facie tam corporalis q̃ incorporalis inimici: atq; ab omni peccato & pena misericorditer nos libera: & ab oĩni aduersitate corporis et aĩe clementer nos defende. Qui vi.

¶ Oibus duplicib⁹ festis per annũ siue sit de tẽporali siue de fes. sanctor: dicit̃ vnũ istor. Kyrie cũ suis. ṽ. pro dispositiõe cãtoris: ita tamẽ q̃ in festis maioribus duplicib⁹ dicit̃ Deus creator omniũ. et in ceteris duplicibus per ordinem videlicet. Kyrie rex genitor. Kyrie fons. Kyrie omnipotens Kyrie rex splendens. Lux et origo. Cũcti potens. Conditor. Kyrie. Orbis factor. ¶ Ita tamen q̃ in die epyphanie & in die pẽthecostes et in festo corpis christi: dicitur. Kyrie fõs. In festo sancti michaelis in mense septembris dicitur. Kyrie splendens. cum suis versibus. In festo sancti dunstani et sancti. Michaelis in monte tumba dicitur. Kyrie rex splendens. absq; versib⁹. In vtroq; festo scte crucis dicit̃ Lux et origo. cũ suis ṽsib⁹.

Deus creator omnium tu theos ymon nostri pie eleyson. Tibi laudes cõiubilantes regum rex christe oramus te eleyson. Laus virtus pax et imperium cui est semper sine fine eleyson. Christe rex vnice patris almi nate coeterne eleyson. Qui perditum hominem

saluasti de morte reddens vite eleyson. Ne pereant pascue oues tue iesu pastor bone eleyson. Consolator spiritus supplices ymas te exoramus eleyson. Virtus nostra domine atqꝫ salus nostra ineternum eleyson. Summe deus et vne vite dona nobis tribue misertus nostriqꝫ tu digneris eleyson.

Kyrie rex genitor ingenite vera essentia eleyson. Kyrie luminis fōs rerunqꝫ conditor eleyson Kyrie qui nos tue imaginis signasti specie eleysō. Christe dei forma humana particeps eleyson Christe lux oriens per quem sunt omina eleyson. Christe qui perfecta es sapiētia eleyson. Kyrie spiritus viuifice vite vis eleyson. Kyrie vtriusqꝫ vapor in quo cūcta eleyson. Kyrie expurgator scelerum et largitor gratie. Quesumus propter nostras offensas noli nos relinquere. O consolator dolentis anime eleyson.

Kyrie fons bonitatis pater ingenite a quo bona cūcta procedūt eleyson. Kyrie qui pati natum mūdi pro crimine ipsum vt saluaret misisti eleyson. Kyrie qui septiformis dans dona pneumate: a quo celum terra replentur eleyson. Christe vnice dei patris genite quē de virgine nasciturum mundo mirifice sancti predixerūt prophete eleyson Christe agie celi cōpos regie melos glorie cui semper astat pro numine angelorum decantās apex eleyson. Christe celitus nostris assis precibus pronis mētibus quē in terris deuote colim⁹ ad te iesu clamātes pie eleyson. Kyrie spiritus alme coherens patri natoqꝫ vnius vsie consistēdo fluens ab vtroqꝫ eleyson. Kyrie qui baptizato in iordanis vnda christo effulgens specie colūbina apparuisti eleyson Kyrie ignis diuine pectora nostra succēde vt digni pariterqꝫ proclamare possimus omnes eleyson.

Kyrie oīpotēs pater ingenite nobis miseris eleysō. Kyrie qui proprio plasmatum filio redemisti eleyson. Kyrie adonay nostra dele crimina plebiqꝫ tue eleyson. Christe splēdor glorie patrisqꝫ figura substantie eleyson. Christe patris qui mūdum precepto saluasti nobis eleyson. Christe salus hominum: vitaqꝫ eterno angelorum eleyson. Kyrie spiritus paraclite largitor venie nobis eleyson. Kyrie fons misericordie septiformis gratie eleyson. Kyrie indultor pijssime procedens ab vtroqꝫ. Chrismatum dator largissime doctor viuifice clemens eleyson.

Kyrie rex splēdens celi arce salue iugiter ⁊ clemēs plebi tue semp eleyson. Hymnidice quē turme cherubin laude perenniter proclamāt incessanter nobis eleyson. Insigniter caterue precelse et quibus seraphin respondent te laudātes nostri eleyson. Christe rex alti throni ordines angelorum nouem / quem laudant incessanter pulchre dignare seruis tuis semper eleyson. Christe quem toto orbe vnica ecclesia hymnizat sol et luna / astra / tellus / mare: cui et famulantur semper eleysō. Ipsi idem inclyte patrie perpetue heredes sancti omnes digno carmine proclamant q̄ ouanter nobis eleyson. Virginis pie marie o alma proles rex regum benedicte redemptor cruore mercatis proprio mortis ex potestate semper eleyson. Insignissime ingenite o genite origine iam expers et sine virtute excellens oīa caterue huic tue clemēs eleyson. Limpidissime glorie sol iustitie arbiter omnes gentes districte dum iudices turme obnoxie precamur tunc astanti clemens eleyson.

Lux ⁊ origo lucis summe deus eleyson. In cuius nutu cuncta cōstant semper eleyson. Qui solus potes misereri nobis eleyson. Redemptor hominum ⁊ salus eorum benigne nobis eleyson. Per crucem redēpti a morte perenni te exoram⁹ eleyson. Qui es verbū p̄ris sator pietatis lux veritatis eleyson Paraclite spūs sctē deus nobis eleyson. Medicina nr̄a et mia eleyson. Trinitas et vnitas sancta nostri semper eleyson.

Cunctipotens genitor deus omni creator eleyson. Fons ⁊ origo bo

ni pie luxq perennis eleyson. Saluificet pietas tua nos boni rector eleyson Christe dei splendor virt' patrisq sophia eleyson. Plasmatis humani factor lapsi reparator eleyson. Ne tua damnetur iesu factura benigne eleyson. Amborum sacrum spiramen nexus amorq eleyson Procedens fomes vite fons purificans vis eleyson. Purgator culpe venie largitor optime. Offensas dele/sacro nos munere reple. Spiritus alme eleyson.

Conditor. Kyrie omnium ymas creaturarum eleyson. Tu nostra delens crimina nobis incessanter eleyson. Ne sinas perire facturam tuam sed clemens ei eleyson Christe patris unice natus de virgine nobis eleyson. Mundum perditum qui tuo sanguine saluasti de morte eleyson. Ad te nunc clamantum preces exaudias pius eleyson. Spiritus alme tua nos reple gratia eleyson. A patre et nato qui manas iugiter nobis eleyson Trinitas sancta trina unitas simul adoranda. Nostrorum scelerum vincula resolue redimens a morte. Omnes proclamemus nunc voce dulciflua de' eleyson

Orbis factor rex eterne eleyson Pietatis fons immense eleyson. Noxas omnes nostras pelle eleyson. Christe qui lux es mundi dator vite eleyson. Ar te lesos demonis intuere eleyson. Conseruans te credentes confirmansq eleyson. Patrem tuum teq flamen utrorumq eleyson. Deum scimus unum atq trinum esse eleyson. Clemens nobis assis paraclite ut viuam' in te eleyson. Oro deuota.

Deus misericordie et veritatis clementiam tuam suppliciter deprecor ut mihi miserrimo innumerabilium veniam concedas peccatorum quib' iram tue potentie prouocaui: quatenus te miserante in hac vita secundum tuam voluntatem purgat' ad beatitudinis eterne participationem pertingam Cunctis etiam in corpore siue extra corpus fidelibus qui mihi spirituali vel carnali coniunctione coherent/ et qui se mihi confitendo vel rogando commendauerunt: nec non et quorum pecunias et elemosynas suscepi: vel quod per meam maliciam seu negligentiam corrupti sunt: manum misericordie tue porrigas: et per ineffabilem largitatem tuam optatam eis indulgentiam peccatorum concedas: et ad requiem beatorum eos perducas. Amen.

¶ Sequitur tabula.

¶ Hoc in opere persequentia hoc ordine continentur. Primo kalendarium ex quo multas elicere poteris vtilitates: quia aureus numerus in principio locatus: nouilunij singulis mensibus est declaratiuus. Post numerum vero aureum. sequitur series literarum dominicalium literarum declaratiua. Post hanc vero locantur ac modus eorundem dicendi officia/festa tam celebria: quam non celebria ac modus eorundem dicendi officia.

¶ Dominicarum ac feriarum officia cum ordinem seruent. ac per titulos satis constent: non opus esse duxi de his tabulam cudere.

¶ Sanctorum atq sanctarum officia manifesta sunt per titulos.

¶ Sequuntur ea in quibus in querendo labor contingere potest. Primo. Commune sanctorum atq sanctarum proprium non habentium.

¶ Finis tabule.

¶ Explicit missale ad vsum insignis ecclesie Sarū / nouis formulis (vt rei veritas probat) nouissime excussum. In quo tamē et ea loca / que in aliis huius generis elucubratis libris / pre mendorū copia / quandam ambiguitatem pretēdebant: ad veraciorum exemplariū fidem placuit peruidere / atqꝫ immutare: vt vel passus illi / q̄ hucusqꝫ lectorē / propter crebros dictionū amfractꝰ / a vero sensu scripture remorati sunt: hac postrema editione prodirēt absoluti / atqꝫ cōpleti. Et sic prelo applicatum / opere / atqꝫ impensis Christophori Ruremūdensis. Anno dñi. M. ccccc. xxviii. Die vero. xiiii. Aprilis.

